













Mroyn de Glor. Cag. 1625.

[illegible]orexia, cursas	1. 1.	Do[illegible]	
[illegible]oplexia	1. 16.	Dolor cap[illegible]	
[illegible]htis	1. 31.	Do[illegible]	
[illegible]gina	2. 2.	Dolo cap[illegible]	
[illegible]thma	2. 4.	Dolor cap[illegible]	
[illegible]etitus can:	3. 9.	Do cap. ex [illegible]	
[illegible] perd.	3. 16.	Do cap [illegible]	
[illegible] reme	3. 17	Vertilatio	1. [illegible]
[illegible]a inhe cutem	3. 22	Dolor aurium	1. [illegible]
[illegible]nasurea	3. 23	Dolor dentiu	1. 51
[illegible]cites	3. 24	Diarrea	3. [illegible]
[illegible]ulimus	3. 4	Dissenteria	3. 9
[illegible]ophalea	1. 9.	De [illegible]	3. 13
[illegible]aros	1. 14.	Diabetes	3. 2
[illegible]atucha capit.	1. 15.	Empyema	2. 8.
[illegible]omit. mor:	1. 18.	Phrenitis	1. 12
[illegible]onvulsio	1. 21.	Hemicrania	1. 10
[illegible]olume infl.	2. 1.	Hemorog	3. 1[illegible]
[illegible]ordis palpi.	2. 10	Hepatis imbecil.	3. 1[illegible]
Cholera	3. 6	Hepatis obstr.	3. 19.
Coli dolor	3. 12.	Hepatis infl.	3. [illegible]
		Hernia	

1

[illegible] de Cur. [illegible] 1623.

[illegible]ppetia, ostias	1. 1.	D[illegible]	[illegible]
[illegible]poplexia	1. 16.	Dolor cap[illegible]	[illegible]
[illegible]htis	1. 31.	Do[illegible]	[illegible]
[illegible]gina	2. 3.	Dolor cap[illegible]	[illegible]
[illegible]thma	2. 4.	Dolor cap[illegible]	[illegible]
[illegible]etitus can:	3. 9.	Do. cap. ex [illegible]	[illegible]
[illegible] acid[illegible]	3. 16.	Do. cap. ex [illegible]	[illegible]
[illegible] rene	3. 17	Vestilatia	1. [illegible]
[illegible]ca intestinorum	3. 22	Dolor aurium	1. [illegible]
[illegible]asurea	3. [illegible]	Dolor dentiu	1. [illegible]
[illegible]cites	[illegible]	Diarrhea	3. [illegible]
		Dysenteria	[illegible]
[illegible]lmus	3. 4.	De [illegible]	3. 13.
[illegible]phalea	1. 9.	Diabetes	3. [illegible]
[illegible]aros	1. 14.	Empyema	2. 8.
[illegible]tocha et catal.	1. 15.	Phrenitis	1. 12
[illegible]omit. vior.	1. 18.	Hemicrania	1. 10.
[illegible]onvulsio	[illegible]	Hemorrhoi[illegible]	3. [illegible]
[illegible]ostium infl.	2. 1.	Hepatis imbecil.	3. 18.
[illegible]ordis palpi.	2. 10	Hepatis obstr.	3. [illegible]
[illegible]olera	3. 6	Hepatis infl.	3. [illegible]
Colic dolor	3. 12.	Hernia	

[illegible] 1. 19
[illegible] 1. 1
[illegible] 1. 13
[illegible] 1. 4
[illegible] 2. 12
[illegible] 2. 13
[illegible] 3. 9
[illegible] 3. 14
[illegible]pies 3. 26
[illegible] inflam. 3. 27
[illegible] 3. 28
Melancolia 1. 20
Mammæ inflam.o 2. 14
Menses suppr. 3. 45
Menses redd. 3. [illegible]
Mo[illegible] 3. 49.
Ophtalmia 1. 24.
Oris fetor 1. 32.
Parotide 1. 28
Pleuresis 2. 5
Peripneum.a 2. 6
Pudendi exulc.o 3. 43
Podagra et artic. 3. 54
Resolutio 1. 17
Renes [illegible] vrinam excernentes 3. 29.
Renum infl.o 3. 30.
Renum calculi 3. 31
Renum ulcus 3. 32
Suffusio 1. 26
Sanguis ex narib. erup. 1. 28
Sputum cruentum 2. 7.
Syncopes 2. 11
Singultus 3. 6
Sanguis ex vesica erup. et grumus 3. 35
Seminis profluuium 3. 4[illegible]
Secundinas rem.da 3. 51
Sciaticus dolor 3. 53
Tremor 1. 2[illegible]
Tusses 2. 3
Tabes 2. 9
Tenesmus 3. 11
Tympanites 3. 25
Vertigo 1. 11.

...ntriculi imbecil. 3. 1.
...ntriculi inflam. 3. 2.
... et 5.
...esicae calculus 3. 34.
...esicae inflam. 3. 36.
...rinae stillicid.[m] 3. 37.
...rinae diff.[as] 3. 38.
...rinae suppress. 3. 39.
...esicae ulcus et
...cerumen 3. 40.
...teri suffoc.[v] 3. 47.
...teri procid.[a] 3. 48.
...teri infl.[NO] 3. 50.
...Qui re venerea
... uti no possint 3. 47
...Partus diff.[is] 3. 52.

DE MEDENDIS SINGVLARVM HVMANI CORPORIS

partium à summo capite ad imos usque pedes passionibus ac febribus Libri Quatuor, nunquam antea in lucem editi.

~~LEONHARTO FVCHSIO~~, Scholæ medicæ Tubingensis professore publico, autore.

HIPPOCRATIS COI DE *medicamentis purgantibus Libellus iam recens in lucem editus.*

QVI BIBERIT EX HAC AQVA, NON SITIET IN AETERNVM



VENETIIS Apud Andream Arriuabenum ad signum Putei. M. D. XLI.

IOACHIMVS CAMERARIVS
ad Lectorem.

Cuncta licet veterum perlustres, cuncta nouorũ,
Quæ celebrant artem scripta Machaoniam,
Forte sit vt liber magis admirabilis alter,
Huic nullum inuenies vtilitate parem.
~~Fuchsius~~ in quo te vera ratione medendi,
Nec fallente tuas instruit arte manus.
Nunc poteris ex his (in quo sunt omnia) plane
Non modo quid sapias discere, sed q̄d agas.

ILLVSTRISSIMO PRIN-
CIPI AC DOMINO ALBERTO
Marchioni Brandenburgẽsi, Stetinæ, Po
meraniȩ, Cassuborũ, & Sclauorum
duci, Burggrauio Norimbergẽ
si, ac Rugiȩ Principi, Domi
no suo Clementiss. Leo-
nhartus Fuchsius.
S D P.



Nno abhinc vno, Illustrissime Princeps, id ipsum à me stu-diosis qbusdã efflagitantibus medendi quãdã rationẽ per-breuem admodum cõscripsi, nõ ĩ hoc sanè ut Galeni quos ea de re posteritati reliqt opti mos ac absolutissimos, aliorũq; Grȩcorum com mẽtarios medicinæ initiatis de manibus excute rẽ, si quidem hoc instituto quid absurdius ine-ptiusq; aut dici aut excogitari posset? sed ut iis q prolixitate ac difficultate operũ Galeni reliquo-rumq; Grȩcorum deterrentur, & hoc nomine ad Arabes, atq; ineptissimã barbarorũ medicorum turbã deficiunt, consulerẽ, ac quasi uiam ad Gale ni, qui cæteros omnes superauit scripta facilius assequenda struerẽ. Nihil enim æque optamus, atq; ut iis nostris cõmentariolis adiuti melioris medicinȩ studiosi, gradũ faciant ad ea cognoscẽ da, quȩ plenius de curandi ratione Galenus tra-

Scribendi methodus hanc occasio

didit. Perspectũ nãq; habemus quàm pauci admodum sint hodie medicinã exercentes, qui ex Galeni optimi sanè autoris, pscripto curãdi indicationes scrutentur, quũ unusquisq; ferè sibi peculiaré quem in medendo sequatur autoré, eũq; non raro pessimũ, proponat, huncq; sic mordicus teneat, ut ne latũ quidé unguem ab illius decretis discedat. Qua quidé ratione fit, ut quãplurima quotidie errata inter medendũ admittãt, qui syncero iudicio destituti temere quosuis sectantur, q̃ facile declinarét, si ex Galeni magis quàm eius farinæ indoctorum hominũ sententia & consilio ægrotis mederi uellent. Proinde ut tandé ab errore suo, ac temerario instituto deducerentur, atq; adeò ad frugé bonã redirent, neq; haberent quod subinde desidiæ suæ & ignorantiæ prętenderét, hanc medendi rationé ex Galeni, & hunc magna ex parte sequétiũ Aetii & Pauli monumentis cõflatam, edere uoluimus. Speramus.n. illam his q ad ueterum medendi rationem propius accessuri sunt, adiuméto, & ut Græci dicũt προ` οδου, futurã esse. Nam ut hanc penitus attingant, utcũq; ét annitãtur, hoc psertim tempore, fieri minime põt. Quum.n. ueterũ curandi ratio duabus potissimũ rebus constet, nempe præceptis, quæ unde curandi indicationes petendæ sint mõstrant, ac morbos pellentibus medicamentis, eam quidem quę indicationes docet, hac etiã tempestate perfectissimè consequi licebit, alter uero, quę medicaméta inquirit nequaquam. Multa enim cum simpli-

Veterum medendi rationem hoc tempore exerceri prorsus nõ posse.

cia

cia tum cōposita quibus illi in profligandis mor bis usi, esse cōstat, quæ omniū quotquot hodie uiuunt cognitionem subterfugiunt, atq; adeò in usum reuocari haud possunt, ita ut necessitate q̃-dā cōpellamur, loco illorũ nostratibus & usitatis, iis maxime quorum & formę & facultates nobis cognitæ sunt, uti. Quod sanè mecum ipse repu- tans, ueterū medendi rationi semper eam etiam q̃ hodie usitata est, quoad eius fieri cōmodè po tuit, in iis meis de curādi ratione Commentariis cōiunxi. Qui.n. has temere separant, haud dubie omnia perturbant, ac cœlum terrę miscēt. Quod itaq; ad curādi indicatiōes attinet, ueteres & Grę cos planè imitatus sum quòd illi eas præ cęteris omnibus rectissime tradiderint. Quare nemo miretur, quòd ab Arabum ac recentiorū practi corum, ut uocāt, placitis multis in locis discesse rimus. iudicio enim idipsum, nō errore factum. Nam cum hoc planè nostrum sit consilium, ut rerum medicarum studiosos à barbaris & ineptis autoribus ad optimos, atq; adeò eos qui pristi nam medendi rationem syncerissime docent, re uocemus, studio ac data opera eas quas illi prę scribunt curandi indicationes, utpote erroneas, & à ueritate prorsus abhorrentes contempsimus. Pleraque etiam ex Galeni & reliquorum Græ corum sententia, quę nemo ferè nostrorum me dicorum usurpare audet, etsi cum magna laude & ęgrotantium salute illis ueteres usi sint, inse rere studuimus, ut hac ratione nostros etiam, quo

iisdẽ confidentius uterentur, inuitarem. Nã cum tantopere ab iis quibus ueteres feliciter usi sunt abhorrent, fit ut interea paucos, imò propè nullos, magnos morbos curent. Parum certe memores illius Hippocratici, summis morbis summa exquisite remedia optima esse. Neque interim etiã animaduertunt, quàm male passim ob illas suas blãditias ac assentationes audiãt, quod scilicet mãcipiorum ritu, ut Galenus inquit, contrà planè quàm ueteres illi medici ab Aesculapio oriundi, qui tanquã duces militibus, & reges subditis, imperare ægris uoluerunt, ægrotis pareãt, & obsequãtur. Verum metum hunc haud dubie inscitia qua præditi sunt incutit. neq; enim cum illis expostulãtibus actorũ suorum rationẽ reddere ualent, tã sunt prorsus omniũ eorum quę tradunt Galenus & ueteres medici Græci, ignari, adeoq; malunt cũ multis temere errare, quàm ueterum probe excogitatis remediis uti. Cæterum quod ad alterã partẽ, quę medicamẽta docet spectare uidetur, ea tm̃ in iis de Medendi ratione libris produximus, quorum hodie est in officinis frequens usus, & quibus nos sæpe, idq; non sine magno ęgrorũ cõmodo, usi sumus. Quapropter usitata & cognita officinis uocabula, parũ tamen latina interdum admiscere coacti sumus, ne si latinis perpetuò uteremur, ab iis non intelligeremur. Vnice tamẽ cauimus exotica, p̃ciosa, & paratu difficilia medicamẽta, quòd plurima illorũ, eo quod neq; illis qui uendunt, neq; etiã iis qui emunt,

1. Aph. 6.

Medicorũ nostri seculi blãditiæ notantur.

emunt, satis cognita sint adulterina esse verendũ sit. Mercatores ẽt in iis extrudẽdis (tanta est illoꝝ insatiabilis auaritia) maxime student, vt primũ deteriora vendãt. quod dũ faciunt, interea ẽt quę bona sunt, diutius retẽta carie ac vermibus exesa, deteriora euadũt. Pharmacopolę aũt penè oẽs, nõ minus q̃ illi, quæstui inhiantes, ac pecuniam parce & restricte erogantes, non nisi pessima emunt. Et quũ ẽt in hoc genere reperiantur viri aliquot boni, tñ q̃a magna ex parte indocti sunt, & meliora ignorant, vsitata dũtaxar, quę vt plurimũ adulterina sunt, ad conficienda medicamẽta sua cõparant. Quapropter stolidoꝝ & indoctoꝝ medicoꝝ consiliũ ꝓbare nõ possum, qui in exercẽde medẽdi rõne nullis ferè medicamẽtis, nisi ea quę illoꝝ compositionem cõstituunt à quatuor orbis partibus petita sint, vtũtur. Neq; enim intelligunt, q̃ periculosum sit ea vsurpare medicamẽta, quę nec ipsi, nec qui eadem vendunt ac pręparant Seplasiarii satis perspecta habeãt. Quod vero illis vtantur, non sit alia ratiõe, nisi quod eos autores à quibus in medẽdo toti pendent, vsos esse vident, nõ magnopere laborãtes qualia sint, aut vnde allata. Qui igit̃ sapiũt, nostratibus, & paratu facilibus, cognitisq; potius q̃ peregrinis, paratu difficilibus, & incognitis vtentur, quod eorũdẽ quem in abigẽdis morbis obtinẽt effectus, vt plerunq; est exoticorũ, dubius esse nõ possit. Quod non eò dico, quasi peregrina & aliunde ad nos delata medicamenta in vniuersum omnia ex officinis exter-

Medicorum quorumdam huius ætatis stoliditas.

minãda puté, in quo ſane errore maleſanos quo ſ
dam noſtri ſeculi medicellos uerſari cõpertũ ha-
beo, cum multa ſint eiuſmodi, quibus etiã ſi no-
ſtratia ſingula perſpecta haberemus, carere ſine
magno ægrorum incõmodo non liceret. qualia
ſunt aloe, caſia fiſtularis, myrobalani, ſcãmonia,
& id genus non pauca. Sed eorũ dũtaxat damna
mus ſtudium, qui contemptis noſtratibus pro
pe oĩbus, ea tãtũ uſurpãt, quæ plane exotica ſunt,
& neq; ipſis, neq; aliis cognita. Memini.n. me ali
quot noſtri téporis medicorum, qui in magno
habebantur precio, uidiſſe cõpoſitiones ex eiuſ-
modi medicamentis cõcinnatas, quorum nuda
ſolũmodo extarent nomina, atq; adeo quę nec ip
ſi, nec Seplaſiarii nouiſſent, aut unquã uidiſſent.
Nec cur id facerent potui ſatis diuinare, niſi for-
te ambitione ducti, cęteris quod peregrina & ne-
mini nota proferrét doctiores uideri uoluerint,
aut hac rõne cauere, ne ſuis alii quoq; in meden
dis ęgris uterentur. Quid multa? exoticis ac pre
cioſis parce admodum utendũ eſſe, neq; tñ om-
nibus, ſed iis duntaxat quæ nobis iã multo uſu
& experientia comprobata ſunt iudicamus. Atq;
cõſtat pleroſq; eſſe, qui utcunq; etiam ſæpiusq;
moniti, in uiam redire nolint, quos certe nõ ma
gnopere curamus. neq; enim illis hanc methodũ
exarauimus, ſed iis potius qui cãdido animo ad
ueterem medendi rationé ſpirant. Dignum ſiqui
dem eſt, ut qui ueritatis lucem intueri dedignã-
tur, in perpetua errorum caligine detineantur.

Tibi

Tibi uero colēdiſſime Princeps, duas potiſſimū ob cauſas hos meos de medendi rōne libros dedicare conſtitui. Primū, qđ illis ex nominis tui auſpicio & claritate nōnihil autoritatis & gratię accedere poſſe ſperē. Quis enim eſt qui neſciat, q̄ celebris, quāmq; nobilis ſit Marchionū Brandenburgenſium apud oēs nationes familia? neq; id ſane alio nomine, q̄ ob multas, easq; egregias uirtutes, & res domi militiæq; prudenter & feliciter geſtas. Nā ut reliqs prętéritis à proauo tuo à quo tibi nomen inditū eſt, exordiar, quis unq̄ Principū illo prudentior, & ad res bene gerēdas aptior ac fœlicior? quis deniq; facundior? qs cōſtantior? quis bellicoſior? Hincq; adeo factū eſt, ut à Pio ſecundo Pōtifice Romano, uiro eximio ac doctiſſimo, mirifice laudatus ſit, atq; Teutonicus Achilles dici meruerit. Sed miſſas facio alias multas & inſignes illius optimi Principis uirtutes, quas ſi ſingulas cōmemorare uellem, uereor ut epiſtola capere poſſit. Ad auum itaq; meum olim clementiſſimum Principē uenio, quem ēt ob ſingularem belli peritiam, aliasq́ue multas cum corporis tum animi dotes Maximiliano, prudentiſſimo ac optimo Cæſari, conſtat fuiſſe chariſſimū, adeo ut illius ductu bella q̄plurima non ſolum in Germania, uerū etiam Italia fœliciter geſſerit. Nec à ſuis maioribus degenerauit parens tuus chariſſimus Caſſimirus, Princeps pp ſingularem prudentiam, animi moderationē, rerum deniq; bellicarū mirificam peritiam, diutinúque

Dedicationis cauſa.

Marchionum. Brandenburg. nobilis familia.

Albertus Marchio Elector.

Federichus Marchio.

Marchio Caſſimirus.

nãq; usum lógiori uita dignus. Hoc enim superstite, uix unquã Turca inmanissimus Christiani nominis hostis Vngariã sic totã inuasisset atq; occupasset. Neque.n.dubitasset se (tãta erat illius magnanimitas, & rebus etiã penè desperatis constãtia) uiribus eius quantum uis magnis ac potẽtissimis, Cæsarum adiutus auxiliis, opponere. Verum è medio sustulit Deus Opt. Max. tantum Heroa, quo Turcæ ministerio nostra delicta grauius puniret. Quid hic de patruo C.T. duce Borussiæ referã? uerum de hoc præstat nihil quàm pauca dicere. Tantę enim illius Principis sunt uirtutes, ut absolutum aliquod optimi principis exẽplar, quod tu inprimis, aliiq; omnes principes sequi deberent, dici queat. Quum itaque is sit uestrę familiæ splendor, qui fieret ut patrocinio tuo freti ii nostri labores, non aliquã apud studiosos inirent gratiã? Dein has meas uigilias C.T. nuncupare uolui, ut aliqua saltem ratione animũ studium, & uoluntatẽ erga te meam declararem. Nam etsi, ut olim, tibi assistere quotidie, exclusus locorum interuallis, haud possim, tamen non minor est quàm cũ pręsens essem amor erga te meus. Neque enim non possum te summè diligere, si uirtutes quas in te sitas esse perspectum habeo, mecum expendo. Siquidem ut ameris ab omnibus, facit imprimis inmensa illa humanitas, quæ in te puero adhuc elucebat, & quam quisque ipso etiam statim conspectu, nedum congressu animaduertebat. Nulla enim res est quæ si

Albertus Marchio, dux Borussiæ.

Humanitas.

bi non

bi non solum subditorum, imò aliorum etiam omnium animos ac beneuolentiã sic conciliat, ac ipsa humanitas lenitas,& mansuetudo. Qua propter in principe unice detestãda est inhumanitas,ut q̃ efficiat,ut à Cyclope illo Homerico non multum absit, & cõfestim inuidiã comitem habeat. Humanitatis nanque opinione amissa, pro monstro planè ac portento habetur,ut cunq; auro,gemmis,& serico ornatus incedat. Sed præstat nũc alias tuas uirtutes prosequi,quãdo omnibus constet, Marchiones Brandenburgenses comitate reliquos omnes Germaniæ principes superare. Inter plurimas uerò alias primum occurrit nobis immensa tua & in Deum & in hoĩes pietas, quã olim dum uiueret Christophorus Pistorius, uir ob præcipuã eruditionẽ perpetua memoria dignus,aĩo tuo magno studio instillauit. Quæ una sanè certissima testis est,animum tuum à crudelitate & tyrannide alienissimum esse, ad ignoscẽdum uero promptissimũ. Huic accedit, quòd æquitatis sis amantissimus,neq;,ut multi hodie solent principes,minus in delicta potentum ac diuitum quàm infimorum ac pauperum esse animaduertendum putes. Neq; omittendum hoc, quod animum tuum non contentus generis maxima nobilitate,humanioribus etiam literis excolere uolueris,in quibus eòusq; prouectus es, ut subinde ad historias,quę te indies magis atq; magis oblectabunt,atq; simul instruent, per ocium respicere queas. Neq; dubito quin in studiis ma-

Christophorus Pistorius.

iores

iores progressus facere uoluisses, nisi breui admodum tpe binos tibi pceptores fata ipsa surripuissent. Vtcunq; uero impeditus studiorũ tuorum cursum prout institueras absoluere haud potueris nihilominus tñ doctos maximo fauore psequeris, eosque unice colis, ductus haud dubie quorũdã sapiẽtissimorũ Principũ exẽplo, quos uides doctrinę amore & conseruatiõe illustrius nomen q̃ finium ditionisq; imperii ppagatione sibi peperisse. Verũ ut tãdẽ laudãdi finẽ faciã, mitto multas alias tuas excellentes uirtutes, ne illas adulandi magis, q̃ reliquos à d easdẽ excitãdi studio cõmemorasse uidear, atq; hoc unũ moneo, ut pgas subinde cõstanter amare doctos, tueriq; aduersus sycophãtas studia ipsa, necunquã ab hoc laudatissimo instituto pestes illas aulicas, inmenso in oẽs doctos odio flagrãtes, te auocare sinas, nec cõmittas unquã, ut Sirenibus istis, utcũq; suauiter canẽtibus, aures accõmodes, sed doctorũ & prudentiũ potius usus cõsilio, imperii tui habenas guberna. sic enim nõ solũ stabilietur tuũ iperiũ. uerumẽt apud posteros omni prsus inuidia carebis, ac celebri fama uere illustris euades. Accipe igitur, Illustriss. Princeps, solita clementia nostras has uigilias, atq; ex iis salubria pcepta ad profligãdos morbos excerpe, quo salubriter uiuere q̃as. Dignissimus etenim es nõ mõ pspera, sed cõstãti & ẽt ppetua bona ualetudine, ut amplissimæ tuæ ditioni diutissime præesse, ac Christianæ reipublicæ prodesse queas. Vale. Tubingæ. XII. Calend. Iunii. Anno M. D. XXXIX.

INDEX

RERVM HOC IN LIBRO MEmorabilium per Capita & Paginas Index.

LIBRI PRIMI.

DE Alopecia & Ophiasi.	Cap. I. Pag. I.
De dolore capitis.	2.4
De dolore capitis ex calore.	3.5
De dolore capitis ex frigore.	4.8.
De dolore capitis ex siccitate.	5.9
De dolore capitis ex plenitudine.	6.10
De dolore capitis ex biliosis humoribus.	7.13
De dolore capitis ex pituitosis humoribus.	8.15
De cephalæa.	9.17
De hemicrania.	10.19
De uertigine.	11.21
De phrenitide.	12.24
De lethargo.	13.28
De caro.	14.31
De cathoca & catalepsi.	15. Ead.
De apoplexia.	16.32
De resolutione.	17.34.
De morbo comitiali.	18.38.
De incubo.	19.42
De melancholia.	20.43
De conuulsione.	21.50
De tremore.	22.53
De destillatione.	23.54
De lippitudine, siue ophthalmia.	24.56
De suffusione.	25.59
De aurium dolore.	26.61

De parotidibus. 27.64
De sanguinis ex naribus eruptione. 28.65
De dolore dentium. 29.68
De aphtis. 30.70
De fœtore oris. 31.72

LIBRI SECVNDI

DE columellę inflammatione. 1.75
De angina. 2.76
De tussi. 3.79
De asthmate. 4.82
De pleuritide. 5.85
De peripneumonia. 6.88
De euento sputo. 7.89
De empyemate. 8.94
De tabe. 9.96
De cordis palpitatione. 10.99
De syncope. 11.101
De lactis defectu. 12.105
De lactis redundantia. 13.106
De lacte in grumos conuerso. 14.107
De inflammatione mammarum. 15.109

LIBRI TERTII.

DE imbecillitate uentriculi. 1.111
De inflammatione uentriculi. 2.114
De appetitu canino. 3.115
De bulimo. 4.118
De inflammatione uentriculi. 5.120
De singultu. 6.122
De cholera. 7.124
De diarrhœa. 8.127

De lienteria. 9.131
De dysenteria. 10.133
De tenesmo. 11.137
De colori doloribus. 12.139
De ileo. 13.145
De lumbricis. 14.147
De hæmorrhoidibus sedis. 15.152
De procidentia ani. 16.154
De rimis ani. 17.158
De imbecillitate iocinoris. 18.158
De obstructione iocinoris. 19.151
De inflammatione iocinoris. 20.163
De ictero. 21.166
De aqua inter cutem. 22.171
De anasarca. 23.173
De ascite. 24.176
De tympanite. 25.177
De intemperie lienis. 26.178
De lienis inflammatione. 27.181
De lienis obstructione. 28.184
De renib. cruentam urinã excernentibus. 29.185
De inflammatione renum. 30.187
De calculo renum. 31.190
De renum ulceribus. 32.195
De diabete. 33.197
De uesicæ calculo. 34.200 (dem. 35.202
De sanguinis ex uesica eruptione, & grumis eius
De inflammatione uesic. 36.203
De stillicidio urinæ. 37.205
De difficultate urinę. 38.207

De suppressione urinę. 39.207
De ulceribus uesicę. 40.208
De his qui re uenerea uti non possunt. 41.210
De seminis profluuio. 42.214
De exulceratione pudendi. 43.216
De ramice. 44.Ead.
De suppressis mensibus. 45.219
De redundantibus mensibus. 46.223
De uteri suffocatione. 47.226
De uteri procidentia. 48.228
De mola. 49.231
De inflammatione uteri. 50.232
De sterillitate remouenda. 51.234
De difficili partu. 52.238
De ischiadicis. 53.242
De podagra & arthritide. 54.246

LIBRI QVARTI.

DE MEDENDIS FEBRIBVS

DE diaria. 1.252
De diaria ex obructione meatuum. 2.258
De synocho cum putredine. 3.260
De continuis febribus. 4.263
De ardente febre. 5.266
De exquisita tertiana intermittente. 6.269
De tertiana notha. 7.273
De quartana. 8.275
De quotidiana. 9.278
De hectica febre. 10.280

FINIS.

LEONHARTI FVCHSII DE MEDENDIS SINGVLA rum corporis partium à summo capite ad imos usque pedes passionibus.

LIBER PRIMVS.

De Alopecia & Ophiasi. Cap. I.



ΑΛΩΠΕΚΙ'Α passio est, quę Latinis Alopecia dicitur. Fit ubi in capite areas deciduus capillus efficit. Sic appellatam hanc passionem ferunt, quod uulpibus frequēter accidat. Siquidē ἀλώπηξ Gręcis uulpes est. Ὀφίασις nomē latinū non obtinuit: passio est, q̄ capitis partē lęsam serpentis modo, quę Gręcis ὄφις est, glabrā ostendit. Arabes & Barbari medici primum passionis genus uoce parū deprauata Alopiciam, alteraꝫ uero Tyriā uocant qua uoce oēs serpentes, potissimum autem uiperas, intelligunt. Vtrūqꝫ genus propter uitiatos humores contingit. Quemadmodum enim plantę aliquę ob humoris alieni ab ipsarum natura attractionem: sic etiam capilli propter humorū ex quibus nutriri cōsueuerunt prauitateꝫ, corrumpuntur. Quales autem sint uitiati humores, ex colere cutis capitis dignosces. Aliquibus enim mutata albidior apparet, aliquib. nigrior, aut pallidior. Candida pituitam, atra melancholiam, pallida bilem flauam significat. Ad uitiosi humoris speciem certius agnoscendam, non leue etiam adiumentum pręcedens uictus ratio conferet: pręsertim intelligenti, qui nam

Alopecia quid. *Ophiasis quid.* *Causę.* *Dignoscendorum succorum nota.*

ciborum pituitę, qui nam atræ bilis, & flauæ succum colligant. In primis itaq; totius corporis purgationem adhibere oportet, aut pharmaco pituitam ducente exhibito, aut quod bilem flauam aut nigram trahit, coniectura redundãtis humoris, ut diximus, ex colore cutis facta. Nam si is albidior quàm pro naturę habitu sit pituitosi humoris purgationez exhibebis: sin pallidior, eiusmodi bilis purgationem, non secus atqz si nigrior conspicitur, quę nigrã detrahent bilem offeres. Pituitosos humores Hiera ex colocynthide purgare cõsueuit, quam describit Paulus lib. 7. Cap. 8. sub nomine Hierę Archigenis. Hiera etiaz simplex, quę lib. 7. Ther. meth. & lib. 2. de Cõpo. medicamen. secundum locos cap. 1. à Galeno describitur, mirifice confert: aliquãdo elleboro nigro adiecto, ubi atrę bilis humorem expurgare uolueris aliquando scammonia, si flaua bilis purganda erit. Quin & ex aloë catapotia commodè sic patientes purgare solent. Habent autem hęc, colocynthidis partem unam, aloës & scammoniæ utriusque partes duas, cum succi absinthii parte una: conficiantur ex drachma una catapotia undecim, & deuoranda prębeantur. Vsus hodiernis diebus. Hierę picrę triplex est. primus, sub specie pulueris in uino aut iure gallinaceo aut alio conuenienti liquore assumpti. datur ex pharmaco hoc drachma una. Alter sub forma catapotiorum, qui tritissimus esse solet. Tertius sub eclegmatis specie, quòd etiam in officinis præparatum habetur. Cęterum post totius corporis purgationez apophlegmatismis, masticatoria hodie uocant, pituitam è capite detrahere pręstat. Hæc auté ex sinapi, hyssopo, staphysagria, pipere, origano, pyrethri radice, cubebis, & similibus conficiuntur, in hunc uel similem modum. ℞. Piperis longi, nucis myristicę, muscatam appellant, añ. ʒ. s. se. staphysagrię, pyrethri. añ. ʒ. ii. sinapi, origani, añ.

Curatio.

Purgatio.

Catapotia ex aloe.

Apophlegmatismi

añ. ʒ. I, trita in puluerem cum melle, aut cum cera quantum satis est, in formam lupinorum redigantur, quarum una ad horę ferè unius medietatem commanducetur. Possunt etiam prędicta contusa in sacculum ex subtili panno confectū reponi, & deinceps commanducari. Post hæc ad localia medicamenta accedendum erit, quę discutiendi, attenuandiq; uires habeant, inter quę calidissimum est euphorbium. Eo autem minus calidum thapsia, post thapsiam uero sinapi & nasturtium. Post hæc succedunt sulphur, nitrum, uterq; elleborus, erucę semen, oleumq; laurinum. Quin & pix liquida, murium stercus, anserinus adeps, sed magis ursę, amigdalę amarę totę ustę, herinacei terrestris cutis, & thus aceto acerrimo subactum. Ante iam commemoratorum medicamentorū usum capillos nouacula tollere oportet, deinde patientem cutem per linteolum neque asperum, neq; molle nimis confricare, ac uidere ad quantum ruborem per huiusmodi frictionem peruenit. Si enim per modicam frictionem statim rubefiat, morbum sanatu facilem iudicabis. Si uero uix post longam atq; multam frictionem rubescat, difficilem tum passionem, tum curationem ominaberis. Porro ad hunc qui sequitur modum medicamenta compones. ℞. Seminis erucę, nasturtii, nitri. añ. ʒ. I. s. thuris in aceto acri & forti macerati. ʒ. I. sulphuris uiui. ʒ. I. adipis anserini, ursini. añ. ʒ. I. olei laurini. ℥. iii. misce, fiat linimentum, quod illinatur assiduè. Aliud paulo ualidius. ℞. Euphorbii, thapsię, añ. ʒ. I. ellebori utriusq; añ. ʒ. s. se. nasturtii, erucę, amygdalarum amararū cum corticibus ustarum añ. ʒ. I. sinapi. ʒ. s. olei nardini & laurini añ. ℥. ij. ceræ quantum satis est, formetur unguentum, quo caput assiduè illinatur. Sunt autem hęc pręsidia sub calido aere flatu carente, & in sole adhibēda. Si uero hyems fuerit, necesse erit ut in hypocausto,

Localia.

Capilli radendi.

Linimentum.

Vnguentum.

Quo in loco applicanda.

aut balneo adhibeātur. Prę omnib. uero animaduer tere oportet, ne in fortium medicamentorum admo tione cutis ultrà quàm conuenit concalescat: id quod tum ex colere ipsius, tum digitorum tactu deprehēdes. Color namq; rufus magis apparebit, & digitoruz contactu satis calidaz cognosces. Horum itaque animaduersionem habere oportet. periculum enim, iterum atq; iterū repetito eoruz usu, cutez exuri. Quare ad molliora transeūdum est. Plura autem paratu facilia medicamenta habet Galenus lib. 1. de Compo. medica. secundum locos cap. 1. Cęterum cuz morbus ex uitiatis humoribus procreatus sit, necesse erit ut tota uictus ratio sit ex cibis & potu boni succi. De quibus Galenus in peculiari de ijs libello conscripto consulendus erit. De aliis passiōibus capillorum & cutis capitis abūde scribit Gal. lib. 1. de Compo. medi. secunduz locos: quas nos hic consultò pręteris imus, quando raro admoduz in his curandis medicorum opera requiratur.

De dolore capitis. Cap. II.

Κεφαλαλγία. — Κεφαλαλγία latine dolorem capitis sonat, & euz potissimum, qui non inueteratus est, non curando an per se accidat, aut alterius affectus symptoma sit. Barbari medici Sodaz nominant. Huius autem duę potissimum causę sunt. (*Causæ.*) Nunc eniz ex sola intemperie simplici citra humorum complexū nunc uero ex humorum copia accidit. (*Notæ.*) Vehementissimi autem capitis dolores fiunt, ob caliditatem & frigiditatem: moderati ob siccitatem. Humiditas sui ipsius respectu nullum planè dolorem inducit, nisi calori, aut frigori, aut humoruz copię adiuncta sit. Similimodo humoribus uel in toto capite, uel in aliqua tantum parte redundantib. calidis quidē ac frigidis uehementior, siccis uero moderatior dolor inuadit, si tamē siccitas absq; manifesta caliditate fuerit.

rit. Humidi autem, quantum in ipſorum ratione eſt, nullum prorſus dolorem afferunt, multitudine tantum grauantes, ſi citra obſtructionem ſint. Cum obſtructione enim moderata, moderatè dolorifici: cum forti, uehementer doloroſi ſunt. Vt autem ordine omnia tractentur, & rectius aſſequantur, propria iuxta ſingulos affectus capitis dolores pcreātes auxilia deſcribemus, initiū à calida intēperie ſumētes.

De dolore capitis ex calore. Cap. III.

PEr calorem hic intelligimus, intemperiem calidam nudę qualitatis. Hęc autem potiſſimum generatur ex ſolis ardore. omnes enim homines in ſole ęſtiuo diutius uerſantes, capite incaleſcunt. Ex motu immodico, balneis, flammę uicinitate, ira, furore, calidis affectibus, odoramentis, cibo calido & acri, cepis uidelicet, alliis & porris. Qui ex ardore caput dolent, eorum cutis tactu calida eſt, & primo ſtatim manus iniecta aridior apparet, oculi rubent, frigidis tum perfuſiōibus tū inunctionibus gaudēt, & iuuantur. Euitandus aēr calidus, nullū perflatū recipiens, & calidis uaporibus refertus. Deligendus contrà is, qui natura frigidus, aut qui noſtra arte ſic pparatus ſit ex floribus ac germinibus frigida facultate pditis p areā proiectis, & humi fuſis, roſis nimirū, uiolis, nymphęa, quā Nenuphar hodie nominát, uitium capreolis, ruborum ramis, & ſimilibus. Aqua etiam frigida de uaſis in uaſa tranſfuſa aērem refrigerare ualet. Cibi ſint natura frigidi, lactuca, portulaca, ptiſana hordei, aut alica eiuſdem, oua ſorbilia, panis ex aqua, pulli columbarū cum omphacio (agreſtam uocant) cocti. Piſces petroſi & lac amygdalarū cum furfurib. decoctum. Potu uero aqua utendum eſt, niſi quibuſdam uentriculus propter aquę potum ſubuertatur: tum enim pręſtat uti uino aquoſo, & bene diluto, aut aqua in qua cinnamomum decoctum

Cauſa. Signa. Victus. Aer. Cibus. Potus.

est, cui intybi domestici (endiuiã appellant) sirupus, & acetosus simplex, aut oxysacchara admixta sit.

Somnus. Ceterum somni ac quietis cura in primis habenda est. *Excrementorum expurgatio.* coitum euitet: alui excrementa ac lotium non retineat, sed ab iis sese suo tempore exoneret. *Exercitia.* Exercitationes, frictiones, balneaq; fugiat. *Animi affectus* Iram, furorem, aliasq; animi perturbationes corpus excalfacientes, prorsus non admittat. Vitandus igitur clamor, contentio, omnisq; mentis perturbatio & perculsio. In bona autem animi habitatione & firmitate degendum.

Curatio. Dolorem autem capitis è caliditate curant, ea quę refrigerandi facultatem citra manifestam adstrictionem obtinent. Optima uero censenda, quæ tenuium partiũ substantia prędita sunt. Quapropter in principio quidem nihil præstantius, quàm oleo rosaceo probè apparato caput perfundere. Proximum à rosaceo chamęmelinum locum habet, in his corporibus, quibus uehementem frigiditatem inducere ueremur: qualia sunt fœminarum, & eunuchorum, ac puerorum, & quicunq; carne molli præditi, albumq; habentes colorem. Sed si uehementer infrigidari oporteat, semperuiui succum, aut lactucę, aut psyllii, aut polygoni (corrigiolam appellant) adiicere conuenit. Quin & solani aliquando succum, & pampinorum, & uuarum immaturarum adiicere licebit. Vsus autem hodie sicut olim etiam obtinuit, ut prędictis medicamentis parum aceti, ut nimiruꝫ maiorem & penitius penetrantem uim induat medicamentum, admisceatur in hunc modum. ℞. Olei rosacei. ℥. ii. aquę rosacęę. ℥. i. s. aceti. ℥. s. misce. Aliud. Aquarum semperuiui, lactucę, solani. añ. ℥. ii. aquæ chamæmeli. ℥. i. s. aceti. ℥. i. misce. *Adhibitio medicamentorum* In iis medicamentis lintheolum tingito, iuxtaq; frontem ubi pilosa eius pars desinit, & iuxta tempora imponito. Occiput hoc medicamento tangi haud debet: neqꝫ enim citra molestiã refrigerantia sustinet, propterea quod

isthic principium medullę spinalis existat. At sinciput ob laxitatem coarticulationis iuxta coronalem futuram, & ob ossium tenuitatem & raritatem, facile tum caliditatem tum frigiditatem omnium quę adhibentur medi. intrò distribuit. Refrigeranda autem quęcunque adhibētur medicaméta, in aqua uehementer frigida collocata: quę si nó adsit, niuem aut glaciem uasculo circumpones. Eodem sanè modo oleis aliis uti licebit, ut est cotoneorum, uiolaceum, & nympheę, nenupharinum hodie nominant. Interdū adiicere mucilagines, ut uocāt, seminis psyllii, & cotoneorum, ac linimentum conficere in hunc modum ℞. Mucilaginis se. cotoneorū, mucilaginis se. psyllii. ań. ʒ. iii. succi portulacę. ʒ. ii. olei rosacei. ℥. i. misce, fiat linimentum. Cum adiectione cerę, & aliorū medi. unguéta efficies in eum modū. ℞. Vnguenti populeon. ʒ. i. oleorum uiolarum, & rosacei. ań. ʒ. iii. florū nymphex aridorum, rosarum rub. ań. ℈. i. cerę quantum satis est: fac unguentum, quod illinatur fronti & temporibus. Proderunt etiam embrochę ex rosis, uiolis floribus nympheę, folijs salicis, hordeo excorticato portulacę, uitis, ac similibus. Si somnū cóciliare uolueris, adde papaueris lactucęque folia. Hęc quidé, ut diximus, inter initia morbi remedia congruent. Postea uero mitigantia ac maturantia medicamenta reprimentibus miscere opus, in hunc modū. ℞. Florum rosarum, uiolarū ań. M. s. foliorum salicis herbarum camęmeli, meliloti, ań. M. i. se. maluę. ʒ. iij. hordei excorticati. ℥. i. Coquātur oīa in aquę lib. ij. usque ad tertię partis consumptionem, fiat embroca. Tandé ex discussoriis medicamentis quippiā addendum, paulatim detractis iis q̄ repellunt. Hactenus de iis q̄ extrinsecus corpori adhibētur. Intra corpus assumi possunt usitata hodie medicaméta, Iuleb uiolarum, rosarum, conseruę eorundé, confectio quam manū CHRISTI appellāt, & alia eiusmodi, q̄bus alterādi inest facultas.

Linimentum.

Embrocha.

De dolore capitis ex frigore. Cap. IIII.

PEr frigus intellige intemperiem frigidam nudę qualitatis, citra alicuius humoris frigidi con-
Causæ. fluxum. Hęc contrahitur ab ambiente nos aëre frigido, potissimum si quis aperto capite in hoc uersetur. Cibis & potu frigidis, pręcipuę autem frigidę aquę potione, & in ea natatione. Frigidorum medi-
Signa. camentorum improuida admotione. Signa dolentium caput ob frigiditatem, cōtraria sunt eis quę ex calore oriuntur. Tangentibus enim caput nullus sentitur calor, incontracta minimeq; arida & decolor ipsorum facies existit. Oculi neq; rubent, sed contra subtumido pallore deformantur. Frigidis neq; gau
Victus. dent, neque iuuantur. Caueat aërem frigidum, uersetur in calido. Lactis usum in cibo caueat, ac pisciū, aliorūq; quę comesta refrigerare possunt. Ouis sorbilibus, carnibus perdicum & phasianorum similiūq; uescatur. Dandum uinum tenuium partium, quod tantum abest ut noceat, ut etiam plurimum conducat, quod nimirum calefaciendi extenuandiq; facultate pręditū sit. Motu corporis utatur, gestationeq; in equo. Somnus illi confert mediocris, ideoq; plus uigilandum illi erit quàm dormiendū. Lauacra cali
Curatio. da prosunt. Animi perturbationes, tristitiam, grauesq; cogitationes euitet. In admouendis autem medicamentis cerebri natiuum temperamentum considerandum erit, quod tale est, ut neq; uehementer calida, neq; etiam uehemēter frigida ferat medicamenta. Conuenit autem in hoc omnibus, quod oleum rutaceum calidum, sincipiti (ut suprà dictum est) adhibitum, perfectè hominem liberare possit. Si uero uehemētiori calefactione sit opus, piper aut euphorbium ad oleum coniiciatur, aut aliquid olei de piperibus, uel euphorbii rutaceo oleo ammisceatur. Cōueniunt etiam haud secus atq; rutaceum, laurinum,

itemq; irinum oleum, quibus non solum frons, uerũ etiam facies & nares inungendę erũt. Prędictis oleis alia quædam medicamenta calida adiicere licebit, atq; unguentum hunc in modum cõficere. ℞. Oleorum irini, rutacei. añ. ℥. s. maioranę, betonicę, piperis. añ. ʒ. I. euphorbii gr. v. cerę quod satis est, fiat unguẽtum. Neq; parum proderunt embrochę ex floribus meliloti & camomillę, maiorana, origano, betonica, sambuco, saluia, foliis laurinis, stichade, & similibus in aqua decoctis. In eundem usum sacculi adhiberi possunt, sic confecti. ℞. Foliorum lauri, serpili, maioranę. añ. M. s. florum rosmarini. M. I. rutę. p. I. gariophyllorum, stœchados arabicę. añ. ʒ. I. pulegii, calamenti. añ. ʒ. I. s. teratur singula, & fiat sacculus capiti adhibendus. Imponatur autem capiti, calefactus in latere, acetoq; prius irrigatus. Nec alienum ab instituto erit, si quis pomum aliquod odoriferũ in hunc modum composuerit. ℞. Styracis calamitis. ʒ. ii. gariophyllorum, maceris, ligni aloës. añ. ʒ. s. lauẽdulę. ʒ. ii. gallię moschatę. ʒ. I. s. moschi, ambrę gr. iii. Terantur omnia subtilissimè, & cum aqua maioranę & stacte, (storacem liquidam uocant) quod satis est, fiat pomum. Intra corpus adhiberi possunt, eclegma diacori, confectio diambrę, diamoschi dulcis, dianthos, syrupus de stœchade, & alia calida medicamenta, quorum singulatim facere mentionem superuacaneum erit.

Vnguentum. | Sacculus. | Pomum.

De dolore capitis ex siccitate. Cap. V.

PEr siccitatem accipe intemperiem siccam nudę qualitatis, quę potissimum ex immodica corporis uacuatione, siue ea per medicamẽta, siue aërem ambientem, famem, coitũ, exercitia, animiq; perturbationes acciderit, euenire solet. Deprehenditur si pauca aut nulla penitus ex naribus excremẽta effluxerint, oculi concaui fuerint, plurimumq; uigilauerint.

Causę. | Signa.

Victus. uerint. Versetur in aëre humido, uescaturq; cibis humectantibus, & boni succi, uitellis nimirum ouoruȝ, testibus gallorum, eorundemq; iure, phasianis, perdicibus, & aliis quæ plurimum nutrire possunt. Vinuȝ bibat tenue & aquosum, somno utatur largiori. Caueat motum corporis, ac quiete potius otioq; utatur. Coitum, famem, sitim, & omnia quę exiccare possunt, fugiat. Lauacra quæ humectare ualent, ut sunt, Galeno lib. 3. de tuend. ualetu. autore, dulcium calefactarum aquarum, si tepidiores fuerint, non parum proderunt. Lętetur, atq; omnem animi perturbationem & perculsionem uitet. In hoc morbo capiti adhibendum erit oleum uiolaceum, amygdalinum, quod scilicet ex dulcibus confectum est amygdalis. Inungendum uero iis non soluȝ sinciput, imò etiam naribus instillanda erunt. Non temere iam dictis oleis pinguedines ammiscentur, ad eum modū.

Curatio.

Linimentum. ℞. Oleorum uiolacei, nymphęæ (nenupharinum nominant) ań. ℥. iii. pinguedinis uitulinę, gallinę, butyri recentis, salis experti, ań. ℥. ii. misce, fiat linimentū. Neq; à ratione alienuȝ erit, si aliis, nempe farina hordei, uiolis, aut nymphæa, adiectis, unguenta & emplastra confeceris. Proderit etiam, embrochas ex uiolis, similibusq; herbis cōpositas adhibere. Intra corpus ea exhibenda erunt, quę tabidis conueniunt, de quibus suo dicemus loco.

De dolore capitis ex plenitudine. Cap. VI.

HActenus de curatione doloris capitis quę ex nuda qualitatuȝ intemperie prouenit, egimus. iam de eo qui ex plenitudine oritur, uerba faciemus. Plenitudinem autem uocamus, id quod Gręci πλῆθος καὶ πληθώραν, quæ nihil aliud, nisi quum quatuor humores ex ęquo aucti sunt, aut cum sanguis solus abundat. Idem enim est, quando syncerus sanguis inuenis contineri non possit, quin ali-

Plenitudo.

quid

quid bilis,uel pituitę, aut serosi humoris illi commixtum sit.Hoc itaq; aucto,ut reliqui etiam omnes humores increscant,necesse est. Atq; hinc est, quod recentiores hunc capitis dolorem ex sanguine nominauerint.Fit ab iis quę plenitudinem in corpore procreare possunt,hoc est, quę omnes ex æquo humores abundare efficiũt,ut sunt cibi & potus copiosi & boni succi,neglectio exercitiorum,balnei, ludoris,& aliarum uacuationum naturalium & artificialium. Facies & oculi rubent, uenę tenduntur, adeo ut non maiores duntaxat,sed etiã paruę,quę prius sensum effugiebãt,nunc uisu comprehendãtur.Pulsus magnus & uehemẽs.Vrina subrufa ac crassa.Venę temporũ pulsant.Dolor capitis grauatiuus.Versetur in aëre frigido & sicco.Vitet carnes,oua sorbilia,& alia quę copiose nutrire possunt.Vtatur ptisana hordeacea,aut alica hordei.Oleribus frigidis,intybo(scariolam & endiuiam uocant) portulaca,& similibus uescatur.Fugiat uinum,bibat aquam decoctionis cinnamomi,aut hordei. Exercitetur mediocriter,fricetur,frequenti utatur balneo,ita tamen ut corpus prius uacuet̃, & ęger minime febricitet.Somnus sit mediocris.Gaudeat & lętetur,animiq; omnis perturbatio absit. Primum omnium curandi ratio a sanguinis missiõe auspicetur,ac uena in cubito exteriore,quam humeralem & cephalicã hodie uocãt, eius partis in qua dolor potissimum est incidatur: quod nimirum hæc uena capiti sit continuata,atq; adeò non solum in contrarium auellere,uerumetiã euacuare partem affectam possit. Id quod non solum Galenus,uerumetiam Razes lib.9. ad Almansorem Cap.1.faciendum suadet. Quod si ætas, aut uirtus imbecilla uenę secandę consilium interturbarint, cucurbitę affigendę erunt, non quidem capiti, sed membris ei continuatis,& cum eo societatẽ habentibus.Sic enim Galen.lib.13.The. meth. ca.13.

Causę. Signa. Victus. Curatio. Venæ sectio.

ita scribens: Generandis adhuc passionib. minime iis partib. quę laborare incipiunt, sed quę iis sunt cõtinuatę, cucurbita imponi debebit, auellendi in contrarium causa. Post hęc refrigerantia & adstringentia medicaméta capiti adhibeantur, de quibus abunde suprà in cap. 3. dictum est. Aluus etiam ut aperta

Localia.

sit, medicus diligéter curet; ideoq; si spóte sua excrementa corporis nõ deiecerit, hoc uel simili decocto purgetur, quod. ℞. Florum boraginis, buglossę, uiolarum, rosarum. an. M. s. se. quatuor communium frigidorum maioruз excorticatorum. añ. ʒ. ij. myxoruз (sebesten appellãt) prunorum damascenorum añ. numero. xii. passularum, tamarindorum. añ. ℥. i. corticum myrobalanorum luteorum, (citrinos hodie nominant) cęruleorum (Indos appellant) cepulorum (chebulos uocant) empeliticoruз (emblicos nuncupant) beletзicorum (belliricos corrupta uoce dicunt) añ. ʒ. iij, glycirrhizę rasę, liquiritiam appellant. ℥. i. fumi terrę, adianti, capillum Veneris nominant. an. M. 1. tamaricis (tamariscum uocant) hemionitidis, scolopendriam dicunt. añ. ʒ. iij. folioruз senę, polypodii. añ. ℥. s. agarici. ʒ. ij. s. зingiberis. ʒ. s. decoquantur singula in aqua fontana sufficiẽti, donec medietas eius consumatur. Dein coletur, & saccharo sufficienti dulcescat, clarificeturq; cum albuminib. oui, & fiat potio depurata. de qua ęger in aurora. ℥. iiij. bibat. Quod si ualidius requirat medicamentum, tum prę stiterit in. ℥. iiij. iniicere rhabarbari in puluerem redacti. ʒ. 1. spicę. ʒ. s. Aut in iis dissoluere casię fistularis. ℥. 1. s. aut mellis aẽrii, mannam uocãt. ℥. 1. Aut eclegmatis diaphenicõn. ʒ. iii. In eundem usum exhibebis syrupũ uiolaceum, & oxysacharam nominataз. Post hęc adhibenda capiti sunt medicamenta quę reliquias morbi discutere ualent, ut est altheę semen, fœnum gręcũ, chamęmeli meliloti q; flores. Olea deniqз, chamęmelinum, anethinum, & similia.

Decoctum purgans.

similia. Ex quibus linimenta, unguenta, emplastraq; componi possunt, admoduz in precedentibus capitibus monstratum.

De dolore capitis ex biliosis humoribus. Cap. VII.

Fit ab omnibus iis, quę corpus pręter naturam calefaciunt ꝛ exiccant, adeoq; bilem flauam procreant, ut sunt uehementia exercitia, ira, uictus ratio ex biliosis cibis constans, uita curiosa, ꝛ similia. Signa in hoc similia sunt ei qui ex calore oritur, maior tamen in hoc morsus, ꝛ faciei pallor. Interim etiam oris amaritudo, oculorum siccitas, linguę ꝛ narium est. Aetati etiam uigenti, ꝛ temperaturis calidioribus, uitęq; solicitę, ꝛ his qui flauam coaceruant bilez, hęc passio pręcipue accidere solet. Moretur in aēre frigido ꝛ humido, qui arte etiam, ut suprà ostensum est, confici potest, si pauimentum ędium assiduè humore aspergatur: aut flores ac germina, quę frigidę humidęq; facultatis sint, per areaz proiiciantur. Cibi in uniuersum humidi ꝛ boni succi sint. Vescatur lactucis, portulaca, piscibus paruis ꝛ saxatilibus. Potus sit dilutus, aqua decoctiõis cinnamomi. Vino prorsus abstineat. Quiescat, ꝛ somno utatur largiore. Balneum quoqz illi temperatuz, ꝛ unctiones conferũt. Gaudeat, ꝛ omnes animi perturbationes fugiat. Curandi ratio à biliosi humoris euacuatione, non ut loquuntut barbari, digestione auspicanda. Neqz eniz tenues humores, qualis est bilis flaua, quandoquidem mobiles sunt, uacuationi inepti esse possunt: atque adeò ut pręparentur nõ indigent, ueluti in cap. 11. libri secundi Paradoxorũ monstrauimus. Vacuatur autez biliosus humor per absinthii cremorem, aut per aloē̃n, ꝛ per hieram picraz per se datã, aut catapotia ex aloē̃ confecta. Neque absurdum erit, si quis decoctum purgans, cap. 6. descriptum exhibeat, atqz in eo dissoluat. ℥. iii. eclegmatis

Causæ.

Signa.

Victus.

Curatio.

Biliosi humores nõ egent preparatione

matis

matis de succo rosaceo, aut de psilio uocati. Proderit etiam rhabarbari dilutum (infusionem hodie nominant) in hunc modum compositum. ℞. Rhabarbari selecti. ʒ.ii. spicę. ℈. i. concidantur minutatim, & macerentur in succis intybi domestici. cassutę (cuscutam appellant) buglossi (borraginem nominant.) añ. ℥. i. uini optimi. ℥. s. Durent horis duodecim in infusione, dein ualidè exprimantur & colentur, adiectis eclegmatum de succo rosaceo, de psilio. añ. ʒ. i. s. misce, fiat potio. Vti etiam licebit catapotiis aureis, alephanginis, de rhabarbaro, de hiera simplici nominatis, & similibus. In delicatis non temere quis hoc bolo utetur. ℞. Scammoniæ prę paratæ. ℈. i. maceris, cinnamomi, mastichis. añ. gr. iii. conserue uiolarum, nymphæę. añ. ʒ. i. sacchari quod satis est, fiat bolus. Proderit etiam clysteribus uti in hũc modum confectis. ℞. Maluæ, altheę, intybi utriusq; domestici, hoc est, endiuię & scariolę, uiolarum. añ. M. i. hordei integri. ℥. i. se. quatuor communiũ frigidorum minorum. añ. ʒ. iii. Coquantur singula in aqua fontana ad tertię partis consumptionem, & colentur. ℞. Colaturę lib. i. medullę casię fistularis. ℥. i. hierę picrę. ℥. s. olei uiolacei. ℥. iii. uitellos ouorum numero. ii. salis. ʒ. i. s. misce, fiat clyster. Post biliosi humoris uacuationem, ea medicamenta quę caput refrigerare ac roborare possũnt adhibeantur, qualia multa Cap. 3. huius libri commemorata sunt. Quod si uero uigil supra modum æger fuerit, sinciput oleo nymphęæ, & de papauere inungendũ erit. Adiicere etiam interdum necesse est prædictis paruũ opii, ut scilicet somnus hac ratione concilietur. Galenus in eum usum trigoni pastillum, quem describit Paulus libro. 7. Cap. 12. commendat, ut eo frons inungatur.

Dilutum rhabarbari.

Bolus.

Clyster.

Localia.

De

De dolore capitis ex pituitosis humoribus. Cap. VIII.

Generatur ab omnibus quæ pituitam in capite procreant, ut est aër frigidus & humidus, cibi iisdem qualitatibus præditi, pisces, lac, olera, fructusq;. item ocium, somnus à plenitudine, & similia. Dignoscitur, si caput grauatur, facies alba ac tumida fuerit. Si denique æger somno facile tentatur, piger est sensibus minime uiget, & excrementis capitis redundat. Aër ęgrotum ambiens, calidus & siccus sit natura, aut arte per odoramenta aliqua, cinnamomum nimirum, thus, gariophyllos, agallochon (lignum aloës nominant) pręparatus. Carnibus uescatur assis, & odoramentorum accessione conditis. Vinum tenuium partiuȝ confert. Motus mediocris, & alia quę supra Cap. 4. monstrata sunt. Ratio curandi à pituosi humoris extenuatione & incisione auspicanda erit, in quem sanè usum mel rosaceum, oxymeli simplex, compositum, scylliticum, syrupus de stœchade cum succis hyssopi, betonicę, maioranę, & saluię cōueniunt. Vel si usus syruporum & succoruȝ displicuerit, hoc decocto uti licebit. ℞. Radicuȝ fœniculi, petroselini, apii. añ. ℥. i. radicis pęonię. ʒ. ii. seminum anisi, fœniculi, sileris mōtani, seseli Gale. uocat, añ. ʒ. iii. stichadis arabici, origani, serpilli, maioranæ, calamenti, betonicę, saluię, añ. M. s. cinnamomi selecti, maceris, añ. ʒ. i. s. Decoquantur iuxta artem in aqua sufficienti, usq; ad medietatis consumptionem. colētur, & colatura saccharo quod satis dulcescat, atq; subinde cum oui albumine depuretur. Adde syrupi de hyssopo, oxymelitis simplicis, añ. ℥. iii. misce, fiat potio. Pręparatis ac extenuatis iam humoribus pituitosis, reliquuȝ est ut purganti medicamento euacuentur. In quem usum ꝓderunt pilulę de hiera cōposita, coccię, & sine quibus esse nolo. ℞. Massę pilularum cocciarum. ʒ. i. s. pil. de hiera

Causæ. Signa. Aer. Curatio. Præparatio. Decoctum pręparans pituitam. purgatio. Pilulæ.

de hiera composita .ʒ.1. alephanginarum .ʒ. s. agarici trochiscati . ℈ . ii . myrobalanorum cepulorum (chebulos hodie nominant.) ℈. 1. turbit optimi. ℈.s. stichados arabici , zingiberis , an̄. gr .v. mastichis gr. vii. granorum pæoniç numero. iii. castorei gr . iiii . cum succo lauandulę fiant pilulę pro singulis drachmis numero.xi. Conferunt etiam clysteres, non solum propter euacuationem eoruz que in intestinis continentur, sed etiam ob reuulsionem eorum quę ad caput feruntur. In quem usum prędictum decoctum pręparans componentia medicamenta conducent, si colaturę.℥. xii. recipiantur, & in ea dissoluantur benedictę laxatiuę.℥.s. eclegmatis Indi ʒ.iii.diaphenicon.ʒ.ii.mellis rosacei.℥.i. oleoruz laurini, rutacei.an̄.℥.1.s. sal is gemmæ uocatę.ʒ.1. misce, fiat clyster. Toto uacuato corpore, ea quę caput expurgare possunt adhibenda erunt, ex quoruz numero sunt apophlegmatismi, de quibus cap .1. abunde dictum est. Purgatur etiam caput per ea medicamenta, quę hodie Caputpurgia uoce barbara nominãt. Conficiũtur ex succo maioranę, bliti, brassicę, & huiusmodi. Gargarismi etiã hoc nomine adhiberi possunt ex succis hyssopi, betonicę, origani, hiera picra, & oxymelite confecti, uel in hunc modum. ℞. Radicis pyrethri, piperis lõgi. an̄. ʒ.1.s.se. staphysagrię.ʒ.s. maioranę, pulegii, hyssopi, origani, betonicę. an̄. M. s. Decoquantur singula in aqua idoneę quantitatis donec tertia eius pars absumatur . Colaturę adiice mellis rosacei.℥.1.s. oxymelitis scyllitici.℥.s. miscę. fiat gargarismus. Sternutamentorum etiam hoc loco usus erit, sic confectorum. ℞. Maioranę.ʒ.1. nigellę.ʒ.s. gariophyllorum, piperis albi, cubebarum. an̄. ℈.1. nucis myristicę, struthii (ꝯdisi uocãt) castorii, ellebori albi. an̄. ℈ .s. misce, fiat puluis. Ditioribus adiiciendũ aliqd moschi & ambrę, cuiusqz scilicet gr.ii. Naribus etiaz adhibere odoramenta calida cõuenit, aut pomum

Clyster.

Capitis Purgatio.

Gargarismi.

Sternutamentum.

aut pomũ aliquod odoriferum conficiendum erit, quale suprà cap. 4. commemorauimus. Errhina etiã, (Nasalia appellant,) narib. indita commodant. ut. ℞. seminis staphysagrię, pyrethri, piperis albi. añ. ʒ. s. nigellę, struthii, añ. ℈. ii. ellebori albi. ℈. s. redigãtur singula in puluerem, ꝛ cuꝫ resina terebinthina fiant Nasalia. Post capitis purgationem cõueniunt inunctiones, embrochę, sacculi, ꝛ similia medicamenta, suprà cap. 4. producta, quibus discutiendi inest facultas. Intra corpus exhibentur cubebę saccharo obductę, cõfectiones diambrę, diamoschi, aromatici rosacei, diacumini, theriaca, Mithridati antidotus, diacori, conserue maioranę, rosmarini, betonicę, ꝛ eiusmodi. Potissimum uerò hęc confectio. ℞. specierum aromatici ros. diambrę, diamoschi dulcis, añ. ℈. ii. specierum eclegmatis de geminis, dianthos. añ. ℈. i. cubebarum, maceris, añ. ʒ. s. agallochi (lignum aloes uocant,) gariophyllorũ, se. fœniculi, añ. ℈. s. cinnamomi electi. ℈. ii. stichados arab. ℈. s. sacchari candidissimi. ℥. vi. in aqua florum pæonię ꝛ lauandulę dissoluti, fiat cõfectio in rotulis aut morsulis. Hic practicarum, ut uocant, scriptores inserunt caput de dolore capitis ex melancholicis humoribus, pręter tamen necessitatem, cum omnia quę hic ab iisdem dicuntur, rectius in cap. de melancholia sint transferenda.

Errhina.

Morsuli.

De cephalęa Cap. IX.

Κεφαλαία, diuturnus ꝛ ęgrè cedens capitis dolor Grȩcis appellatur, qui ex parua occasione maximas exacerbationes habet, adeò ut neque strepitus neqꝫ uocem uehementioreꝫ, neqꝫ splẽdidũ lumen, neqꝫ uini potionẽ neqꝫ caput replentia odoramenta, neqꝫ motum tolerare possint, sed in quiete ꝛ tenebris ob doloruꝫ magnitudinem decumbere cupiãt, ut quibus ueluti à malleo feriri caput uideatur. Quidam etiam uelut contundantur aut distendantur

κεφαλαία quid.

tur ea quę circa caput sunt sentiunt, non paucis uero usq; ad oculorum radices dolor progreditur. Habet aut hic affectus aliquando quidē cōtinuos dolores, aliquando uero exacerbationes, & interualla siue ordinata, siue inordinata. Quidā etiam ex eis cerebri mēbranas dolitant, quidā uerò mēbranam tā-
Causæ. tum caluariam ambientem. Fit ex uaporum aut humoruz calidorum uel frigidoruz multitudine, intra
Signa. caluariā uel extra contenta. Dolores cum grauitate, humorum multitudinē significant: cuz mordacitate uerò, aut humorū aut uaporum acredinem: cuz pulsu autem, inflāmationem: cum tensione uero, siquidem citra grauitatem & pulsum fiat, flatus tenuis & uētosi multitudinem demonstrant: cū pulsu uerò, mēbranosi corporis inflāmationem. Si uero cum grauitate distentio fiat, humorum multitudinē intra mēbranas contentam. Et dolores quidem in superficie hęrentes, membranę os calue ambientis affectum significant. Qui uero in profundo sunt, cerebri membranarum. Quibuscunq; enim affectus intra caluariam est, his usq; ad oculorum radices dolores procedunt, ppea quod oculorum tunicę ex cerebri mēbranis habeant ortū. Si uero humor putrefactus calidior fiat, cum febri caput dolitant. febricitant aūt
Victus. omnino & qui ex inflammatione dolent. Victus rō ex superioribus de capitis dolore Capi. petēda erit.
Curatio. Curatio, si humoruz aut uaporuz multitudo causa
Venæ sectio. fuerit, à uacuatione totius corporis auspicabitur. A sanguinis quidem missione, si totius corporis plenitudo fuerit. Incidenda uero uena primū cubiti externa, eiusdem quidē lateris, humeralem nominat. Et si amplius sanguis redundare uideatur, etiam ex naribus aperta uena, quantum satis esse uidebitur, detrahere conueniet. Si uero caput tanquaz imbecillum, ad se sublatos humores ac uapores excipiet, materiam in totū corpus reuellere opz, atq; ita particu-
lę

lę affectę mederi. Per purgatoria itaq; medicamenta & clysteres, quorum omnium in superioribus capitibus copia habetur, ligaturis extremitatū, & pluribus īfernarum partium frictionibus reuulsio fiat: pręcipue āt hiera, cuius uim (ut Cap. 1. diximus) exacues, exhibēda est. Cęterum post totius corporis uacuationē, caput uacuantibus uteris, apophlegmatismis nimirū, si pituitę est abundantia, & aliis medicamentis quę naribus indūtur, cap. 8. cōme. Deinde ea quę robur addere possunt, admouēda. Repellit igitur oleū ex oliuis immaturis expressum, & rosaceū, per se & cum aceto, aliaq; quorum in pręcedentibus facta est mētio. Adhibenda uero remedia tepida quidē, ubi frigidior & crudior fuerit humorum multitudo: frigida aūt, ubi calidior & biliosior extiterit. Post hęc, discutientia medicamenta adhibēda erunt, ueluti est oleū chamæmelinū, anethinū, & similia suprà producta. Si uero crassior sit humorum multitudo, serpillū, aut pulegiī comam, aut calaminthen, aut mentā oleo incoquēdo multitudinē euacuabis. Eadē hęc ēt robur parti affectę addunt, quapropter usq; ad perfectam curationem eis uti conuenit. Omnium porro longe maxime discutit, & perfecte corroborat, uerbenaca recta (uerbenam appellant) uiridis. imò & arida cum radicibus, & simul cum serpillo, oleo incocta. Reliqua quæ ad curationem cephaleę scitu necessaria sunt, ex iis quæ antea de dolore capitis dicta sunt disces.

De hemicrania. Cap. X.

Hemicrania ē passio dolorifica, q̄ circa dimidiā capitis partē, aliqñ dexteram, aliqñ sinistram ptingit, & iuxta suturā secundū longitudinē eius extensam terminatur. Hęc utplurimū per circuitus exacerbatur, ac qbusdā extra caluariā, quibusdam in profundo capitis, aliis circa tēporum musculos dolor sentit. Fit ex uaporum aut humorum siue multorum, siue calidorum, *Hemicrania quid.* *Causę.*

siue frigidoruz per uenas, uel arterias, uel per utrasq; influxu, quum scilicet ea sola quę intra caluam continentur, hoc est, cerebrum eiusq; membranę, quod in ipsis redundat, foras protrudunt: aut cum interdum partes corporis infra caput positę, uitiatos uapores aut humores sursuz mittunt. Notę quibus humores multi, calidi aut frigidi deprehenduntur, ex præcedentibus capitibus petendę sunt. Quo autem in loco capitis passio fuerit, ex iis quę in Cap. de cephalæa dicta sunt, cognosces. Quibus hoc adiiciendum erit, si membrana caluam ambiens patitur, tum adeò uehementer dolere, ut neq; manuum contactum facile ferant, ita ut ne cutis quidem ipsa omnino à passione immunis sit. Victus ratio ex superioribus de capitis dolore Capitib. petenda uenit. Præcipuè autem uitanda erunt, quę uaporum copiam sursum mittere possunt, ueluti cepe, allium, sinapi, raphanus, & similia. Qui uero hemicraniam curare aggreditur, prius num uenę sectione, aut purgatione ęger indigeat, consideret. Si enim ob plenitudinem passio orta fuerit, humeralis (quam hodie cephalicam uocant) uena, quæ è directo partis patientis est, incidenda erit. Sin uero propter unius humoris redundantiam hemicrania inuaserit, per conuenientia medicamenta is humor purgandus erit, ut superioribus Capitib. monstratum est. Vniuerso corpore uacuato, ad capitis ac localia præsidia progrediendum erit, ac uel per digitos manus, uel linteum, dimidia frontis pars, & ea maximè quæ circa temporum musculos est, confricando calefacienda, atq; id ante accessionis irritationisuè tēpus faciendum est. Post exacerbationem uerò medicamentis hemicranicis à ueteribus medicis appellatis utendum: siquidem multa caliditas in doloribus percipiatur, his quæ aliquid habent refrigeratorium: citra uerò hanc, his quæ multum excalfaciunt. Vtrisque uerò aliquid ex

Signa.
Victus.
Curatio.
Localia.

iis, quæ robur addunt, misceatur, quod adstrictoriam uidelicet habeat facultatem. Optimum autem in frigido affectu unguentum erit, quod. ℞. olei anethini, olei irini, an. ℥. s. piperis albi, serpilli, an. ʒ. 1 s. castorii. ʒ. 1. euphorbii. ʒ. s. ceræ quod satis est, fiat unguentum, quod dimidiæ frontis parti, & musculo temporis illinatur. Nec parum cõfert oleum cui exiguum euphorbii commixtum sit, tepidum in aurem infusum, ut. ℞. olei communis. ℥. 1. euphorbii. ʒ. 1. misce, & gutta una in aurem instilletur. Quadam etiam naturæ proprietate euphorbium aceto dilutum, ac latere dextro dolente, sinistro, applicatum, & contrà sinistro dolente, dextro illitum, hemicranicis maxime confert. Idem possunt lumbrici terræ triti, & cochlearum carnes lateri affecto illitæ. Sunt qui persicorum nucleos tritos, ac illitos parti patienti, mirifice prodesse tradant. Si uerò à calidis humoribus aut uaporibus dimidię capitis partis dolor fit, ea auxilia quæ suprà de capitis dolore ex calore & biliosis humoribus orto, memorauimus, conferent.

Vnguentum.

De uertigine. Cap. XI.

QVod σκότωμα Grecis est, hoc Latinis uertigo dr. Hinc uehemẽter errant, qui inter se differre tradunt. Barbari corrupta uoce Scotomiā nominant. Est aũt, ubi obtenebrationes hebetudinẽsq; oculis obuersantur, & omnia circumagi & rotari uidentur. Oritur uerò interdum cerebro primogenia passione laborante; interdum etiam, quum ori uentriculi consentit. Cerebrum autem patitur, cum crassus ac lentus humor ipsum occupat, à quo uaporosus spiritus ab imbecilli calore resolutus, in cerebri partibus inordinatè mouetur. Ori autem uentriculi consentit, quando propter excrementa uitiosa in eo aceruata, ad ipsum cerebrum exhalatio uaporosa fertur, spiritum animalem in illo circumagens.

Σκότωμα

Vertigo.

Causæ.

Signa. Qui hac passione laborát, iis à quacunq; leui occasione pre oculis tenebre apparent, adeò ut interdum cadant, maxime si aliqñ in circum rotétur. Si quidẽ ipsis ab una rotatione euenit id, qđ aliis à pluribus accidere solet. Proinde hebescunt siue aliũ quempiá siue rotam, aut id genus aliud qdpiá, aut ipsos quoq; in aquis uortices circũagi uiderint. Visibilis enim spiritus rote agitatę aliisq; iam dictis occurrens, eodem motu circumuehitur, atq; ita turbulentus, inæqualis, inordinatusq; humoris & spiritus motus redditur. Vbi ex primaria cerebri passione uertigo dependet, tum aurium sonitus, uehemens dolor, capitis, grauitasq; pręcedunt: item olfactus, atque alterius cuiusque sensus à capite prodeuntis oblæsio. Patiuntur autem tum potissimum, cum sub sole æstuauerint, uel aliam ob causam calefacto capite humores dissoluti circumaguntur. Vbi uero ab ore uẽtriculi oritur, stomachi morsionem, cardiogmon

Victus. Gręci appellant, & nauseam pręsentiunt. Versetur in aẽre puro ac lucido, fugiat crassum ac nebulosum. Cibis uescatur boni succi & concoctu facilib. flatuq; omnino carentibus, carnibus perdicum, caponum, phasianorum, gallinarum, uitulinis: piscibus saxatilibus. euaporantia quæuis deuitet. Bibat uinum aquosum, album, tenuissimum, & non ualde antiquum, aut hydromeli. Exercitio utatur mediocri. Somnum diurnum fugiat. nocturno prolixiori utatur. Caueat sibi ab animi perturbationibus. Non intueatur res in gyrum actas, & rotatas, aut celeriter motas. neque in præcipitiis ambulet. hęc enim singula passionem exacerbare possunt. Ver-

Curatio. tiginosos in accessione quidem odoramentis, frictionibus, & id genus aliis excitare conuenit. Virium autem attestante robore, si nihil aliud obsti-

Venæ sectio. terit, uena humeralis secanda est, siue principium morbi fuerit, siue etiam processerit. In sangui-

nis

nis autem missione obseruandum, ne plurimum confertim uacuetur, propterea quod à quacunque leui occasione æger facile concidat. Pluribus itaq; ablationib. per certa interualla utentes, congruam mensuram explebimus. Quod si uero sanguinis missionem quidpiã prohibuerit, aluus subducatur, semper redundanti humori medicamentum adaptando. Plurimum uero confert, primum uacuare ꝑ acrem clysterem, non solum propter eorum quæ in intestinis continentur uacuationem, ut suprà quoque diximus, uerum etiam ob reuulsionem eorum quę ad caput feruntur, cuius sanè compositionem pete ex Cap^r. de Apoplexia. Pręmissis hisce uniuersi corporis euacuationibus, capiti localia remedia adhibenda sunt, nempe cucurbitulæ ad occipitium cum scarificatione. Postea apophlegmatismis, gargarismis & sternutamentis utendum est. In nares deinde anagallidis succus, aut cyclamini infundendus. Nitrum uero cum nigella tritum, & oleo antiquo mixtum, per nares egregrie purgat. Deinceps æger ad balneum ducendus erit. ac capiti embrocha ex medicamentis discutiendi facultate præditis composita, adhibenda. Quod si uero caput in balneo supra modum incaluerit, rosaceo & aceto sępe fouendum est, ac refrigerandum. Si igitur ob hæc præsidia passio cessauerit, deinceps à ualidioribus abstinendum: sin perstiterit, capitis arterias in temporibus circa aures incidere oportet, uentre tamen prius aut medicamento, aut clysteri purgato. Qualiter uero incidẽdæ sint arteriæ, docet Paulus Aegineta lib. 6. Cap. 4. Neque absurdum erit cauterium hoc occipiti post aures adhibere, quod. ℞. Cãtharidum, abiectis capitibus, alis & pedibus. ʒ. i. fermenti acris. ʒ. ß. cum aceto & uino è sublimi ignis commercio distillato, subigantur, & admoueantur. Vertigo autem à uentriculi oris consensu, uomi-

purgatio

Localia.

Cauterium

tu curari potest, qui hoc medicamento mouendus erit. ℞. Anethi. M. i. se. raphani, se. raparum an. ʒ. ii. radicis raphani. ℥. s. ebulliant in aqua sufficiẽti, donec tertia pars absumatur. Coletur, & ℥. iii. colaturæ addantur oxymelitis scyllitici. ℥. i. s. misce, dẽtur à comestione. Proderunt etiam pilulæ stomachicæ, & similes. Dentur à cibo ea quæ uentriculi os constringunt, atque adeò ne uapores sursum ad caput ferantur, prohibent: ut sunt diacotonion simplex, cotonia ipsa, pyra adstringentia, & eiusmodi, de quibus omnibus suo loco plura.

De phrenitide. Cap. XII.

φρενῖτις quid. Phrenitidis. prima eius species.

PHrenitis est cerebri, aut membranarum eius inflãmatio, Galeno lib. 2. de Symp. causis authore. Sunt autem phrenitidis plurimæ differentiæ, tres tamen præcipuæ. Aut enim imaginatrix sola facultas læsa est, seruata illæsa ratione. id quod Theophilo medico cuius Galen. lib. de Sympto. diffe. meminit, euenisse constat: qui quum alioqui prudenter se gereret, atque eos qui præsentes erant, exactæ nosceret, tibicines tamen quosdam arbitrabatur esse in angulo cubiculi, in quo decũbebat, eosq; tibia canere, atque pulsare, & se illos uidere putabat alios quidem stantes, alios autem illic sedentes, atq; ita continenter canentes, ut neque noctu, neque interdiu quicquam remitterent. proinde assiduè clamans, iussit eos à cubiculo expelli. Is uerò ubi conualuit, quicquid singuli eorum qui ipsum uisitabãt, uel dixissent uel egissent, narrabat. Hoc etiam pacto Galenus ipse laborauit, ubi per æstatem ardente febri correptus erat, ut licet uidere lib. 4. de patienti. loc. cap. 1. Imaginatio autem læditur priore cerebri parte patiente. Aut ratio tantum patitur, salua imaginatione. Sic patiebatur phreneticus ille, cuius mentionem facit Galenus loco iam citato, & lib. 4. de Patien-

Secunda species.

tientibus loc.cap.1.qui quum Romæ domi cum lanifici puero contineretur, surgens à cubili uenit ad fenestram, per quam & ipse uideri, & prætereuntes uidere potuit. Itaque ex uitreis uasis singula ostendés interrogauit, iuberentnè ut ea proiiceret? Illi uerò ridentes plaudentèsque, ut ea proiiceret, rogabant. Tum ipse deinceps omnia arripiens, eiecit. at illi magnis acclamationibus riserunt. Postea iuberentnè puerũ quoq; proiici, quum interrogasset, atque illi iussissent, ilico ipsum deiecit. Hic sanè singula uasa suis nomenclaturis probè nominauit. unde intelligi potest, neque imaginationé fuisse læsam, neque nominum memoriam deletam. Media uerò cerebri parte patiente, ratiocinandi uis euertitur. Aut imaginatio simul & ratio læduntur. Causa morbi est, uel sanguis exuperans, uel biliosus humor cerebrum occupans. Nõnunquam etiam ex bile perusta nascitur, quæ certe grauissimam phrenitidem contrahit. Febris continua & amentia infestant, plurimàque parte somnus difficilis, & uigiliç comitantur. Interdũ quoque somnus turbulentus accedit, ut consurgant ægri, exiliant, furibundè uociferent, uerba sine ordine & sensu effundant, interrogantibusq; nihil certi respondeant. Oculos habent cruentos, & sæpe perfricant: interim aridos, interim lachrymantes. Lingua eorum est aspera, & ex naribus sanguis destillat, floccos festucàsque colligunt. Pulsus ad hæc exiguos, languidos, & quadantenus duros habét. Spiratio magna & rara. Quibus sanguineus humor morbum fecit, ii cum risu insaniunt: Quibus flaua bilis, ferociter & tam immaniter sæuiunt, ut coërceri nequeant: omnium, quæ dicunt faciuntque obliuiscuntur. Decumbat æger in loco tum aëris, tum luminis temperati, ac uariis picturis libero, in quem amici quidem gratissimi ingrediantur, qui tamen non inoportunè interpellent, & nonnunquam blandè ac leniter alloquantur

Tertia species.

Causæ.

Signa.

1. Præ. 27

Victus.

quantur, nõnunquã acerbius increpẽt. Cibus primũ esto ptisanæ cremor, aut alica hordei, aut panis medulla cũ aqua, mulsa, aut melle rosaceo sępius lota. Oleribus uescatur intybo, lactuca & malua elixis, & similibus, quæ refrigerare atq; humectare possunt. In inclinatione morbi pisces quoq; squamosi, & saxatiles dandi sunt. Mala ét punica, cerasaq;, si multus intus cóficiat feruor, offeréda. Potus sit aqua decoctionis cinnamoni, aut hordei, cui admixtus sit syrupus uiolaceus, rosaceus, aut nymphęę, qué nenupharinũ uocãt. Hęc aũt non confertim, hoc est copiose & celeriter ingurgitãda, sed identidé parcius exhibeantur, neq;.n. sitibundi admodũ sunt, ut potũ uehementer affectét. Atq; hinc est qđ Hippo. li. 1. Prænotionũ, & li. 6. Epid. par. 2. aph. 6. βραχυπότας appellat. Vbi uero cócoctionis notę apparẽt in lotio, & febris nó uehemens, sed lenior fuerit, atq; uires nó satis robustę, uinũ tenue & dilutũ (quod ὀλιγοφόρον nominãt Gręci) dandũ. Quod tutius fit in his qui sani hoc bibere cõsueuerũt, & uentriculũ natura imbecillũ & frigidum sortiti sunt. In quiete deniq; ægri quoad eius fieri licet cõtineãtur: si diuites fuerint, à famulis: si n pauperes, uinculis. nã inordinata motio uires cóuellit. Cęterũ ubi morbus se remiserit, gestatione corporis uti cóuenit. Balneũ quoq; aquę dulcis, si corpus squalidũ aridumq; fuerit, cófert: modo tepida fuerint. cum enim humectét & refrigerent, nó solũ siccitatem, uerũ etiã immodicas uigilias mentisq; alienationem unà cũ febre profligare possunt. Nó sunt tñ nisi corpore prius uacuato, ut iam sępe monuimus, adhibéda. Officiunt phreniticis supra modũ animi pturbationes proide nihil quod mœstitiã inferat, aut bilem creat, cómittendum est. Si uires ęgri permittũt, sanguis protinus mitti debet: quoniã non est salubrius aliud, neque pręsentius auxilium. Secũda aũt cubiti uena, humeralis dicta, aut si ea delituerit, media, & quantum

Curatio. Venæ sectio.

tulerint

ualerint uires euacuandũ. Non tamẽ usq; ad animi deliquiũ, ut nonnulli arbitrantur, prestat enim minus demere quàm oportet, ob plurimam uehemẽtis motus agitationem, plurimũq; laborẽ quo egri affli ctãtur. Prospiciendũ ẽt, ne clam eger brachii uinculũ soluat. Dein rectã in frõte uenã ẽt icidere licebit, Quod si etas uene sectioni obstiterit, tũ cucurbitule cum sacrificatione occipitio & spine admouẽde erũt que ẽt hoc noĩe conferre solẽt, quod à capitẽ humorũ defluxũ in contrariũ auellũt. In hunc sanè usum prestat clysteribus uti, hoc mõ cõpositis. ℞. Foliorum maluæ, uiolarum, intybi (quod scariolã uocãt) lactucę. añ. M. i. hordei decorticati. ℥. i. myxorũ (sebesten nominãt) numero. xi. Decoquãtur in aq̃ sufficiẽti ad teetias. ℞ Colature lib. i. casiæ fistularis recẽs extractę. ℥. i. s. mellis rosacei. ℥. i. olei uiolacei. ℥. iii. salis. ʒ. i. s. misce, fiat clyster. Si uolueris ut ualidius purget, adiiciẽda erit hiere picre, aut eclegmatis de succo rosaceo. ℥. s. Auertẽdi ẽt à capite humores, ligaturis extremitatũ, frictionibus pedũ cũ sale & aceto, ac simil. Caput uero rosaceo, uel oxyrhodino tepidioribus irrigare oportet. Inflãmato eni; cerebro uel mẽbranis eius, frigiditas tuta nõ est, sicut neq; uehemẽs caliditas. Frigiditas eni meatus cõstringit, neq; sinit excrementa è capite discuti: at ingẽs caliditas feruorẽ cõgeminat. In hũc usum ẽt conueniunt succi plantaginis, solani, & alia quorũ suprà facta est mẽtio. Si passio uehemẽtior fuerit, caput faciẽq; assidue oleo in quo capita papauerũ decocta sunt fouebis. Odorem quoq; naribus obiiciemus, rosas, uiolas, flores nymphee, caphurã (cãphoram hodie nominant) ac nares ipsas intus, uel frontẽ, ex iis aut similib. medicamẽtis illinemus. Nã sopire ac stupefacere principẽ facultatẽ op;. cerebrũ sc;, qđ supra modũ incaluit, refrigerando. Si uigilię ẽt uehemẽter urgẽt, que somnũ cõcilia re pñt, qualia multa que suprà dicta sunt huc transferenda,

Auersio.

Clyster.

Localia.

Somnifera.

ferenda adhibebimus. Conferet autem inter cętera hoc unguentum, quod. ℞. unguenti populeon. ℥.ii. olei uiolacei. ℥.iii.ſe. hyoſcyami, corticis mandragorę. an. ʒ.s. opii gr.ii. croci. ʒ.s. aceti parum, cerę albę quod ſatis eſt. Embrocha etiam hęc tepida capiti adhibenda, quę. ℞. Florum uiolarum ſiccarum, roſarū. rubearum, nymphææ. an. M.i.s. hordei excorticati ℥.i.ſe. papaueris albi. ℥.ii.ſe. lactucę. ℥.iii. Decoquantur in aqua fontana ſufficienti, & fiat embrocha. Poſtremum, ubi morbus iam reſedit, mitiorq; factus eſt, id quod tertio die utplurimū accidere ſolet, digerentia quę reliquias morbi diſcutere poſſunt, medicamenta admouenda erunt. In quem uſum priori embrochę flores chamęmeli, anethi & meliloti admiſcere licebit. Sunt qui gallinas aut catulos per medium fiſſos capiti apponant. Similiter ſunt qui calidū pulmonem arietis, uel recens ex animali acceptum, uel aqua feruenti calefactum admoueant. Si diutinum autem iam malum fuerit, in oleo ſerpillum decoquere conuenit. Galenus lib. 11. & 13. Ther. meth. caſtoreo utendum eſſe phlegmone iam inclinante docet, quoniam non continuò locis circa cerebrum, ſed oſſibus interuenientibus occurrat. Ineſt autem ei medicamento & partium tenuitas, quod ipſum iis quorum per denſa propugnacula tranſmitti uim oportet, eſt accommodum.

Vnguentum. *Embrocha.* *Digeſtio.*

De lethargo. Cap. XIII.

Lethargus quid.

Λήθαργος paſſio phrenitidi contraria eſt. eſt enim marcor, & inexpugnabilis penè dormiendi neceſſitas. Hoc uitio correptis omnium rerum obliuio accidit, ut uerbis nulla ſuppeditetur materia: hinc etiam nomen nactum eſt. λήθη enim Gręcis obliuio eſt, ἀργὴ autem captura, uel ἀργὴ iners: ut λήθαργος non ſit aliud, niſi iners obliuio, uel morbus obliuionem inducens. Cauſa eius eſt pituita, quæ fri-

Cauſæ.

frigore nimio ⁊ humiditate cerebrũ imbuit. Lethargicos comitatur febris lenta. putreſcit enim humor pituitoſus in hoc morbo, Galeno lib. 13. The. meth. teſte, cum profunda in ſomnũ delatione. Pulſus his magni rarique ſunt, ⁊ undoſi, ſpiratio nimis rara, ⁊ imbecillis. Somnoléti perpetuò ſunt, deſidioſi, ignaui. Vix ⁊ tardè quocunque modo interpellentur, reſpondent. Oculos quandoque ad uociferationé aperiunt, ⁊ denuo claudút, ad ſoporèmq; reuertuntur. Omnium ueluti amétes obliuiſcuntur. Oſcitant crebro, ⁊ hiante ore aliquãdiu perſiſtunt, tanquam claudere id obliti. Ad meiendum uocati, porrectã matulam manu tenentes, meiere obliuiſcuntur. Deiiciút per aluum magna ex parte liquidiora. Nonnullis contrà uenter indureſcit. Vrinam reddunt iumentis ſimilem. Quidam ex eis tremiſcunt, ⁊ ſudoribus undiquaque madent. Cubile, in quo decumbit æger, ſplendidum, lucidum ⁊ tepidum ſit, Cibi ſint attenuantes, incidentes, exiccantes, qui condiantur apio, aniſo, cymino, pipere ⁊ ſimilibus. Ex auibus, montanæ auiculæ, pullus domeſticus, perdix. Olerib. porri, aſparagi, petroſelinum. Cremor auenę, uel alica eius cum oxymelite, uel ſalibus, uel pulegio, conueniunt. Potus ſit hydromeli, aut uinũ aquoſum, tenue ⁊ album. Si uires permittunt, ⁊ nihil aliorum obſtiterit, Galeno lib. 13. The. meth. autore, ſanguinem ſtatim ab initio mittere expedit. Sin minus, clyſteribus acribus aluus eluenda. de quibus in cap. de apoplexia dicemus. Dein oxyrhodinũ capiti admouendũ. Nam repellendus à capite humor eſt, quiſquis is fuerit, eodem Galeno teſte. In qué uſum etiam frictiones cũ pyrhetro, pipere, ſale, ⁊ aceto, ligaturæq; extremitatũ conferunt. Odoramenta quoque excitatoria admouenda, ueluti caſtoreum, funiculus extinctæ lucernę pix humida, bitumé, chalbanũ, ſulphur, ſagapenum (ſerapinum uocant barbari) cornu ceruinum, abrotonum

Signa. Victus. Curatio. Localia. Excitatoria.

tonũ, & peuceda. Extrẽa cruraq; pungere, nõnunquã pilos ẽt in ipsis uehemẽtius euellere op3, q̃ excitent. Licebit ẽt in acetothymũ, pulegiu3, & origanũ, aliaq; id genus incoq̃re, ac narib. ęgri admouere, quo uapor ad cerebrũ delatus crassitudinẽ humoris dissecet. Palatu3 ẽt ualentibus & acribus medicamẽtis, uerbi grã sinapi cũ melle, antidoto Mithridati, theriaca, & puluere pyrethri inungendũ. Conariq; op3, pituitã indide3 affixa3 digitis eiicere. Ab his uero ẽt sternutamẽtis utemur: & si admittantur, apoplegmatismorũ usus erit. At si iis affectus non discutitur, caput radendũ, deinde fouendum est sale, milio, & similibus, per sacculos adhibitis. Ad hęc sinapismo uti in capite prodest, ex caricis & sinapi ex aceto contritis ꝯfecto. Postea curcurbitulas occipiti affigere cũ plurimo igne op3, circa primã & secundã uertebras. Castorio ẽt caput illinendũ. Quinẽt, ut Alexãder Trallianus li. 1. Cap. 10. docet, idipsu3 potui dare cũ oxymelite expedit. Nã uno hoc medicamento nõnulli miserrime toto corpore ĩpediti, sanitati restituti sunt. Pręterea ad naturę excretiões frequẽter solicitare oportebit, tu3 clysteribus, tu3 iis q̃ urina3 mouent. Pube3 oleo rutaceo, cui sit adiectũ paululũ castorei, aspergere. Cęteru3 ubi morbus inclinare inceperit, gestatio statim ꝯtinua utilis est, & balneu3, quod supra modum
Historia. ꝯferre solet. Siquide3 Alexãder Trallianus se cognouisse quempiã scribit, qui lethargo grauissimo laborauerit, adeo ut se leuari non sentiret. Is post duodeuiginti morbi dies balneũ ingressus, tantũ sensit auxilii, ut a somno stati3 expgisceretur, aliosq; attente intelligeret, & ipse uerba expedite faceret, familiares oẽs agnoscẽs. Quod si uero ęstũ balnei, ob uires imbecillas fere haud possit, saltẽ domi in solio aq̃ calide lauãdus erit. Cauendũ tñ, ne aqua caput ęgrotantis ꝓfundatur. Smegmate aũt mordaciore in balneo detergendus, ut uini fece usta, sinapi, pyrethro, pipe, lauri

lauri baccis, calce uiua, & simi. qb⁹ duplũ nitri addẽ.

De caro. Cap. XIIII.

Κάρος est passio, quam sensuum uniuersarumq; motionũ priuatio, spirandi facultate manente illęsa, ꝯsequitur. Arabes Subet appellant. Differt ab apoplexia, qd̄ in hac spiratio uehementer opprimatur, sic ut quis uel magno conatu uix spirare possit. In illo aũt spirãdi facultas, Gal. li. 4. de Patiẽ. loc. Cap. 2. teste, haud quaquã lędatur. Distat ẽt à lethargo, qd̄ lethargici interrogati rñdent, neq; oino muti decũbunt. Caro uero laborãtes, somni ꝓfunditate occupantur, ut si stimulentur, sentiant qdẽ, nihil tñ dicant, neq; oculos aperiant. Huius passionis frigidus ac crassus, aut oino uiscidus humor cã est. Signa ex iis q̃ dicta sunt innotescent. ꝓfunditate nãq; somni occupantur, oculi q̃ in hac passiõe ꝑpetuò cõniuent. Hoꝝ uictus & curatio cũ lethargicis ꝯuenit, ad maiorem tantũ incisionẽ attenuationẽq; declinamus. Stomacho etiã q̃ calefaciant & corroborent medicamenta adhibenda, de qbus suo dicemus loco.

Caros quid. *Subet.* *Differentia cari ab apoplexia* *A lethargo* *Causa.* *Signa.* *Victus & curatio.*

De catocha & catalepsi. Cap. XV.

Κατοχὴ καὶ κατάληψις Gręcis, detentio & depręhẽsio Latinis dici pōt. Recentiores medici ꝯgelationẽ nominant. Est aũt detentio subita & occupatio tũ mentis, tũ corporis, sensu ac motu priuati, ęgro in ea corpis figura ꝑmanẽte, in q̃ fuerit correptus, siue sederit aut iacuerit, siue clausis siue aptis oculis fuerit. Fit haud sec⁹ atq; ꝑora mala, à frigido pituitosoq; humoꝛ cerebri posteriora potissimũ molestante. Inuadit hoc mali hoiem subito, uoce ꝑterea sensuq; priuatur, nihil audit, nihil rñdet, respiratio nulla apparet, sz q̃si mortuus decũbit. Pulsus est paruus, languidus, ac uehemẽter dęnsus. Aluus & urina detinent, nō qdẽ siccitatis rõne (plurimo. n. humido ęger abundat) sz ꝑꝑ insensibilitatẽ. Differt à caro, qa ut

Catocha. *Congelatio.* *Causa.* *Signa.* *catochę di*

ſcrimen a caro. ut in hoc palpebræ perpetuò clauduntur, ſic in illa interdum apertæ manent. Victus ratio eadem eſt q̄ lethargi. ægros enim ſimiliter nutrire cõfert, interim diebus ſingulis interim uno interpoſito. Paſſio ſanè hæc periculoſa eſt, ſi aut cibo aut potu erretur. Huic etiam malo, præſertim ſi facies rubeſcit, & uires ualidæ fuerint, ſanguinis miſſione ſucurritur. Secanda autem in cubito uena exterior ſuperiorue. Clyſteribus etiam uenter ſoluendus erit, aliaq; omnia q̄ de lethargi curatione ſuprà diximus, adhibenda.

Victus.

Curatio.

De apoplexia. Cap. XVI.

Apoplexia quid. Apoplexia eſt, ubi patiente communi neruorũ principio, omnes corporis particulæ motũ ſimul & ſenſum amiſerunt. Vel eſt priuatio ſenſus & motus in uniuerſo corpore, cum functionum à uoluntatis imperio prodeuntium læſione ſubitò ſuperueniens. Fit à frigido, craſſo, lentoq; humore, uentriculos cerebri principaliſſimos una uice & cumulatim replente, quē nimiæ cruditates, ebrietatesq; frequentes potiſſimum procreant. Fit etiã ob caſũ aut ictum, cerebrum concutientes, atq; ut illuc confluant humores, efficientes. Aëris etiã frigidi occurſu, qui cerebri humiditates & ſuperuacua coarctat, & conſtringendo exprimit. Qui in hanc paſſionẽ incidunt, ſenſu omnino carẽtes, mortui uiuunt. Quapropter clauſis oculis inſtar dormientium decumbunt, atq; ſtertunt. Interrogati, nihil reſpondent. Si ſtimulentur, nihil ſentiunt. Diſcernitur uerò paſſionis magnitudo ex noxæ, quam ſpirationi infert, uehementia: ubi enim naturalem ordinem plurimum egreditur, magnã: ubi autem paulũ impedimenti eſt, paruam in cerebro noxam eſſe coniicere opʒ. Omnium uero peſſima ſpiratio putanda eſt, quæ & intermittitur & magna cũ uiolentia trahitur. Paſſio hæc nequaquàm, aut raro curatur. Neq; enim temere ab Hip-

Cauſa.

Signa.

Apoplexiæ magnitudo.

Curatio.

Hippocrate dictum est: Apoplexiam fortem soluere impossibile, debilez uero non facile. Qui eius discrimen effugerint, in diuturnam subinde passionem incidere solent, aut quibusdam membris, aut uniuerso corpore resoluto, sępe etiaz ratione uiolata. Qui igitur quoquo modo curationem recipiunt, iis statim sanguis ex utrisq; humerariis, modo plenitudo adsit, ꝛ uirium robur, detrahendus est. Aluus deniq; clysteribus acribus ducēdus, qualis est qui. ℞. Saluię origani, betonicę, rutę. an̄. M. 1. calamenti, hyssopi, pulegii, an̄. M. s. se. fœniculi, seseli (si ler montanum nominant) ammi, an̄. ʒ. iii. centaurii minoris. M. 1. polypodii. ʒ. vi. agarici. ʒ. iii. medullę colocynthidos. ʒ. ii. Decoquantur in aqua sufficienti, usqz ad medietatis consumptionem. ℞. Colaturę. ℥. xiii. hierę picrę, benedictę laxatiuę, an̄. ℥. s. eclegmatis. Indi. ʒ. iii. mellis rosacei. ℥. 1. oleorum rutacei, costini, de castoreo, an̄. ℥. 1. salis gemmę. ʒ. 1. s. misce, fiat clyster. Cōmendatur etiam usus glandium (suppositoria nominant Barbari) ex colocynthide, agarico, elleboro, ꝛ similibus confectarum. ut. ℞. Pulueris colocynthidos, agarici, ellebori, an̄. ℈. ii. salis gemmę. ℈. 1. mellis cocti. ℥. ii. fiant glandes longitudinis sex digitorum, appenso filo ut ad arbitrium extrahi possint. Post hęc totum corpus oleo copioso calido inungendum. Extremis etiaz corporis partibus ligaturę, ꝛ frictiones uehementes, cum decocto radicis iridis adhibendę. Cucurbitulę etiam humeris affigendæ. Caput deniqz prius rasum, irrigandum oleo anethino, rutaceo, aut eo in quo prius serpillū, aut calminthã decocta sit. Naribus admouenda ea quę odore suo excitant, uti est opopanax, castoreum, sagapenū, galbanumq;. Sternutamentorum etiam ratio habenda erit, quę ex struthii (cōdisi appellant) ellebori albi, ꝛ castorei puluere naribus indito constent. Embrocharum etiam usus conueniet, quę ex chamęme

2. aph. 42

Clyster.

Glandes.

Reuulsio.

Odoramenta.

Sternutamenta.

Embrochę

li, meliloti, saluię, pulegii, maioranę, origani, calaminthę & satureię decocto conficientur. Sinapismis quoque utendum (emplastra hodie rubrificantia uocant) in hunc uel similem modum confectis. ℞. Olei costini ℥. i. oleorum castorei, euphorbii. añ. ʒ. iii. sinapi. ʒ. ii. castorei. ʒ. i. sagapeni, euphorbii. añ. ʒ. s. aceti. ʒ. i. s. cerę q. s. ad incrassandum, fiat emplastrum. Sartago preterea, ut docet Razes, calefacienda, & capiti calida admouenda. Oportet autem & ori per uim aperto digitum uel pennam oleo irino madefactam inferre, ut ea quę insunt eiiciantur. Cęterum sedes etiam iis quę flatus educunt, ruta, cumino, nitro, & melle illinenda. Vbi passio se remiserit, cibus mollis, distribui facilis, & succulentus assumetur. Si uox nondum redit, & uires permittunt, cucurbitulę occipiti cum scarificatione affigantur. Si fieri possit, etiam hypochondriis. Aegri deinde gestabuntur curru, lectica, aut lecto pensili. Potus sit hydromeli. Post uigesimũ primum diem, ęgroti balneo credentur. Sed de reliqua curandi ratione in Capite sequenti plura.

Emplastrum rubrificans. *Vomitus.* *Victus.*

De resolutione. Cap. XVII.

Resolutio quid.

ΠΑράλυσις Gręcè, resolutio latine, est, Gale. li. 3. de Patientib. lo. Cap. 10. autore, ubi alterũ latus, aut dextrum aut sinistrũ, sensum & motum amiserit. Interdum etiam in una dũtaxat parte, manu scilicet, crure, lingua, accidit. Quum uero per resolutionem interdum sensus dũtaxat, interdũ motus, nõnunquam ambo simul pereant (cuius rei causam reddit Gale. lib. 1. de Symptomatũ causis, Cap. 4.) neruorum resolutio potissimum dicitur, ubi motus deperditus est. Generatur quidem à multis crassis & uiscidis humoribus, neruos obstruentibus, impedientibusq; ne animalis facultas è principe parte ad membra delabatur. Hac ratione refrigeratio ex niue, compressio neruosorum corporum, resolutioné effi-

Causæ.

efficere possunt. Ad eius passionis notitiam non opus est multis indiciis. si enim motu pars aliq̃ corporis destituitur, resolutione affectã esse nemo non uidet. A qua uerò causa factus sit morbus, partim ex ęgri relatione, partim etiã ex notis suprà de dolore capitis ex pituitosis humorib. orto cõmemoratis, deprehendere licebit. Victus ratio in uniuersum attenuatoria sit, & siccans. Versetur igitur ęger in aëre calido & sicco, primisq; tribus dieb. tenuissimo utatur uictus. hoc est omnimodã mediam sustineat, aut solius melicrati exhibitione, aut ptisanę succo pauco contentus sit. Dein cibi boni succi, & concoctu faciles, assiq; exhibendi, auium potissimum carnes montanarum, & perdicũ, oua sorbilia, amygdalę, & pinee. Vtatur etiam fœniculo, petroselino, hyssopo, maiorana, saluia, & satureia. Vitet pisces, fructus, & omnia frigida & humida. Potus sit modicus, sitimq; quàm possunt maximam sustineant. Bibant autem hydromeli, cui saluia aut cinnamomum admixtũ sit. Aut utantur potione quę hodie Hippocras nominatur, sic confecta. ℞. Cinnamomi. ℥. ii. zingiberis. ℥. s. piperis longi, granorum paradisi, acori (galangã uocãt Barbari.) añ. ʒ. i. cardamomi. ʒ. i. s. nucis myristicę, garyophyllorum, maceris. añ. ʒ. i. Decoquãtur in aquę fontanę lib. vi. quoad quarta pars, hoc est lib. i. s. fuerit absumpta. Refrigerata colentur & exprimantur, ac sacchari lib. s. dulcescat liquor colatus, & fiat potio. Vino nõ utatur, donec morbus ex integro deficiat. aut si fieri uix possit, ut tanto tempore ęger uini potione careat, detur qdẽ, at non nisi modicũ, aquosumq;, & in morbi inclinatione. Motus & exercitiũ, si iis uti poterit, summè conferunt. Somnum fugiat diurnũ, nocturnus sit mediocris. Gaudeat, & animi perturbationes euitet. Curandi ratio, si iusserit ętas habit' corporis, tẽpus anni, & similia, à sanguinis missione auspicetur, potissimũ si plenitudinis signa af-

Signa. Victus. Hippocras. Curatio.

 fuerint.

fuerint. Oportet tamen ablationem esse moderataȝ, ne corpus refrigeretur, sanguisq; à partibus incolumioribus auferendus. Quibusdam uero diebꝰ. post sanguinis missionem transactis, aluus primò clysterib. irritetur. huiusmodi aut similibus. ℞. Maluę, altheę, mercurialis, camomillę, saluię, betonicę, añ. M. i. stichadis arabicę. ℥. i. rutę, calaminthę, añ. M. s. se. fœniculi. ʒ. iii. Decoquantur in aqua, quoad tertia pars absumatur. ℞. Colaturę lib. i. benedictę laxatiuę. ℥. s. electu. Indi. ʒ. iii. mellis rosacei. ℥. s. oleorum laurini, irini, rutacei, añ. ℥. i. salis. ʒ. i. s. misce, fiat enema. Dein decocta & syrupos, pituitosos humores ad expulsionem pręparantes, exhibebis, quorum copia suprà Cap. 8. habetur. Præparatis ad eductionem humoribus, quę illos euacuent propinanda medicamẽta erunt: qualia sunt, pręterea quę Cap. iam citato commemorauimus, pilulę aȝaiaret, arabicę, fœtidæ, quibus nunq̃; non agaricum admiscendum erit. Nõ autem semel, sed iterum atq; iterum purgandi sunt ęgri, diebus quatuor uel quinqȝ interpositis. Post purgationes uero, theriaca & Mithridati antidotus utilissima est. Post totius corporis euacuationem, sternutamentis, apophlegmatismis, gargarismis, odoramentis, & aliis Cap. 8. productis utendum. Capiti deniqȝ, unde totius morbi radix exoritur, calida medicamenta illinenda erunt: ut sunt castoriũ, peucedani radix, menta, baccę lauri, irino oleo, cui parum aceti adiectum sit, incocta. Quod si itaqȝ aëris ambientis frigiditas nõ impediat, caput radatur, totũq; usq; ad frontem inungatur. Cęterum ea etiam quæ discutiunt medicamenta, iis locis unde nerui ad patientem partem sensum aut motum, uel utrunqȝ deferentes oriuntur, admouenda erunt, quemadmodũ Gale. lib. 3. de Affec. lo. Cap. 10. eleganti historia de Pausania sophista docet. A leuioribus uero semper auspicandum, nempe ab oleo chamęmelino, anethino,

Clyster.

Præparatio humorum.

Purgatio

Capitis purgatio

Discutientia.

no,de ſpica,liliaceo,⁊ irino, quibus etiam membra ipſa affecta fouenda ſunt,quę etiam hoc nomine ut calefiant,linteis,aut pelle uulpina,⁊ ſimilib.operienda erunt. Aut cum decocto ſaluię,maioranę,chamęmeli,hyperici,ſtichadis ⁊ roſmarini fouēda. Progrediendum deinceps ad ualentiora, oleum coſtinum, uulpinum,rutaceum,laurinum,de uermibus, de caſtoreo,de laterib.(quod philoſophorum etiā nominant)⁊ de euphorbio. Quibus interdum adiiciūtur unguēta Agrippę,marciaton, arragon, ⁊ alia medicamenta ſimplicia calida,ut eſt betonica,ſaluia,roſmarini flores,radix acori(galangam nominant)uerbaſculum odoratum(herbam paralyſis uocant) ruta,calamintha,pyrethrum,piper,caſtoreuȝ,⁊ euphorbium,in hunc aut ſimilem modum.℞. Vnguentorū arragon,marciaton.añ.℥.i. unguenti Agrippę. ℥.s. oleorum coſtini,uulpini.añ.ʒ.v.olei de uermib.℥.s. olei de caſtoreo.ʒ.i.s.pulueris betonicę,piperis,ſaluię.añ.℈.i.caſtorei,euphorbii.añ.℈.s.radicis galangę.℈.ii.cerę quod ſufficit. fiat unguentum. Vel ſic. ℞.Oleorum coſtini.℥.ii.de piperibus.℥. i.s.olei de euphorbio.ʒ.ii.uini ſublimati(aquam uitę aliàs uocant.)℥.ii.s.ſuccoruȝ ſaluię,uerbaſculi odorati,hoc eſt herbę paralyſis.añ.℥.i.s.radicis galangę.ʒ.iii.ſtichadis arabicę,florum roſmarini.añ.ʒ.ii.pyrethri,piperis.añ.ʒ.i.euphorbii.ʒ.s.Contundantur contundenda,⁊ omnia ſimul quoad uinuȝ ⁊ ſucci abſumātur,decoquantur.Dein exprimātur olea, ⁊ addatur cerę quod ſufficit,fiat unguentum molle in modum linimenti.Eadem etiam ratione emplaſtra componi poſſunt,in eum uel ſimilem modum. ℞. Baccarum lauri,pyrethri,piperis.añ. ʒ.ii. galangę.ʒ.i. ſtichadis arabicæ,betonicæ, ſambuci.añ.ʒ.i.s.ſinapi, nigellæ. añ.ʒ.i.euphorbii,caſtorei.añ.℈.i. olei coſtini.℥.i.s. de piperibus.℥.i.olei de euphorbio.ʒ.iii. cum cera ⁊ reſina quod ſatis eſt,fiat emplaſtruȝ.Porrò membris

Vnguentum.

Aliud unguentum.

Emplaſtrum.

Cucurbitulæ. affectis cucurbitulę sunt applicandę, citra tñ scarificationem. Et si cucurbitulis idonea nó fuerint, uin cinis imponendę. Post cucurbitulas prędictis unguẽtis & linimentis, sic tamen ut prius fricentur mem- Balneum. bra affecta, utendum. Neq; paruam utilitatem præstabit laconicum: & si haberi possunt thermæ sulphurææ, aluminosæ, & salsuginosę supra modum cóferent, quales sunt in Germania nostra Badenię, Ferinę iuxta syluam Martianã, & Cellenses. quas, gestationes in curru, uehiculo, aut lectica p̃cedere debẽt.

De morbo comitiali. Cap. XVIII.

Epilepsia. Ἐπιληψία Græcis dicta est hęc passio, quod nimirum sensum capitis, atq; mentem pariter apprehendat. Comitalis autem, quod hac passione Comitialis morbus. correpti, in comitiis maxime manifestabantur, comitiaq́; quo die aliquis concidisset, interrumpebantur. Est autem, Galeno lib. 3. de Patientib. loc. Cap. 5. teste, conuulsio omnium corporis partium, non perpetua, sed quę ex temporum accidit interuallis, Causę. cum mentis ac sensuum oblęsione. Gignitur hæc passio trifariam. Primum, ubi cerebrum primogenia
1 passione patitur. id quod fit, ubi crassus uiscosusq́; pituitę uel atrę bilis humor spiritus meatum in cerebri uentriculis obstruit, neruorum principio seipsũ quatiente, quo excutiat id quod noxium est. A crasso autem humore hanc passionem induci, argumento est, quod & subito fit, & soluitur confestim. Secun
2 do fit per consensum oris uentriculi male affecti, dũ scilicet cerebrum excutere nititur, quicquid ad illud à stomacho eleuatur. Sic Galenus lib. 5. Cap. 5. de Patientib. locis, Grammaticum quendam iuuenẽ fuisse scribit, qui quoties uel nimis uehementer doceret, aut cogitaret, aut inediam sustineret, aut irasceretur, comitiali passione corripiebatur: idq́; non alia ratione, quàm quod os uentriculi, utpote quod

faci-

facile sentiebat,pateretur, ac deinde per consensum ⁊ totum cerebrum,⁊ corpus uniuersum conuulsio-ne concutiebatur. Tertio fit,sed rarò,cum à parte ali 3
qua ueluti quędã frigida aura sentiente ęgro ad cerebrum usq; ascendit. Hoc genus passionis comitia-lis, Galenus lib.3.de Patientib.lo.Cap.7.scribit se ui-disse in puero,qui tertiumdecimum ętatis annũ agebat. Cum enim adolescens etiamdum cum optimis eius tempestatis medicis conuenisset,ad idoneam inueniendam curationem , audiuit tum narrante puero,affectum ipsum à crure initiũ capere,mox illinc rectà ascendere per femur,⁊ imminentes illi lumbos ac per latera ad ceruicem,donec ad cerebrum perue-
niret: quod cum primum tangeret,ipsum haudqua- *signa.*
quam sibi constare. Pręcedit hanc passionem corporis animiq; status minime uoluntarius, tristitia, eorum quę perceperunt obliuio,turbulentę insomniorum imagines, capitis dolor , eiusq; repletio continua,iracundia, pallor faciei , ⁊ linguę inordinatus motus. Quamprimum inuaserit malum,ęgri concidunt, conuelluntúrq;, stertunt, ac uociferantur interdum. Nonnulli tremunt , atq; circumaguntur. Sed peculiaris admodũ morbi nota est oris spuma. Non desunt etiam,quibus urina ⁊ stercus pręter uoluntatem excernitur,nonnullis ⁊ genitura. Quibus ab ore uentriculi uitium oritur,palpitatio ipsius p̃-
cedit,turbatio ⁊ erosio . Ex inedia seu cibo tardius *Pueri cur*
assumpto,excandescunt,⁊ affliguntur. Occupat hoc *passione*
passionis genus maxime pueros,eosq; adhuc paruu- *comitiali*
los,quod uidelicet humidiore cerebri temperamen- *corripian-*
to prędití sint : quam ob causam παιδικὸς, hoc est, *tur.*
infantilis seu puerilis morbus nominat . In quibus acutissima est passio,statĩ iugulat,⁊ crebris accessio-
nibus,⁊ symptomatum uehementia. Plerisq; autem *5.aph.7.*
longa esse solet. Nã si non pubertate,uel menstruorum initio , uel puerperio solutus fuerit , sępe usq;

ad mortis diem prorogatur, nisi congruam medici curationez fuerit assecutus. Ratio uictus utilis est, quæ incidit, ⁊ extenuat. Aëris itaque constitutio, in quo ęger uersetur, sit calida ⁊ sicca, potissimum si à pituitoso oriatur humore. Capparis esus mirifice prodest. Fugere oportet carnes omnes, prę ter auium móntanarum: legumina, pisces, ⁊ uinum, prę sertim antiquum crassum ⁊ copiosum. pro quo bibat hydromeli, aut uinum aquosum ⁊ dilutuz, Exercitia prosunt ⁊ frictiones, sed capiti post omnes reliquas corporis partes adhibitę. In balneo mora diuturna obest. Deuitet coitum liberaliorem, moderatus autem prodest. Somnus sit nocturnus ⁊ mediocris, caueat impensè diurnum. Fugiat sinapi, allia, cepas, ⁊ eiusmodi, potum statim à balneo, potissimum uini meracioris. Si infans ęgrotus fuerit, non admodum medicamentorum prę sidiis subuenire studebimus. nam ętate ad calidiorem sicciorem q; statum uergente, ⁊ uictu moderatiore, sua sponte plęrunq; morbus finitur, Hippocrate quidem teste, qui sic scriptum reliqt: Quicunqz iuuenes passione comitiali laborant, mutatione maxime ętatis, ⁊ temporum, ⁊ locorum, ⁊ uictum quoqz liberantur. Proinde solius nutricis ratio habenda erit, ac lac illius emendandum, utq; calidius ⁊ subtilius efficiatur conandum. Quapropter nutrix boni succi cibis utatur, ante cibum exerceatur, coitum uitet: à uiri siquidem consuetudine lac odoris gratiam in deterius mutat, ⁊ humidius efficitur, ac menstrua eliciuntur: ⁊ præscirpta paulo antè uictus ratione utatur. Capita tamen infantium assidue oleo anethino, ⁊ irino inungenda, neq; unquã uel calida aqua uel friga lauanda, multo minus tota immergenda, madefaciendaq;. Dato etiaz ad elingendum mel despumatum, ac collo suspendito radicem pæoniæ uiridem. Qui post annos pueriles in passionem hanc prolabuntur, eorum partes

con

Marginal notes: Victus. — Curatio infantium — 2. aph. 45 — Curatio adultorum.

onuulsę ac distractę inungi, irrigari, & in rectum di
gi debent. Deinde os aperiendum, cuneusq; denti
us interponendus, ac penna oleo irino illita, pitui
æ extrahendæ gratia, uomitus prouocandus. Odo
amentis etiam sensum excitare conuenit, peuceda
no uidelicet, ruta, & bitumine. Perseuerante exacer-
batione, medicus audacter & uiolenter illorum ma-
xillas distrahat, infundatq; in os castoreum cum oxy
melite. Clysterem etiam acrem excitatis iam iniicere
oportet. Qui conualescunt, uiribus antea recreatis,
hiera Galeni, aut ex colocynthide purgandi sunt.
Hęc sanè noui & acuti morbi comitialis curatio est. *Curatio comitialis inueterati*
deinceps quomodo inueterato succurratur, trade-
mus. Oportet ęgros diu aquam bibere, atq; initio cu
rationis, nisi quid prohibeat, sanguinem ex uena po
plitis mittere. Interpositis quatuor aut quinq; die-
bus corpus reficere, ac medicamenta extenuantia p- *Præparatio.*
pinare expedit, syrupum de absinthio, de hyssopo, de
stichade, oxymeli scylliticum, decoctum hyssopi, ra-
dicis pæoniæ, & alia quæ suprà Cap. 8. commemora
uimus. Dein purgantibus medicamentis uacuandi
sunt, nempe pilulis cochiis, de agarico, & similib. lo-
co iam citato productis: idq; si pituitoso humore
passio orta fuerit, faciendum. Si uero ab atra bile cœ
perit, ea quę humorem hunc uacuare possunt exhi
benda, quæ in Cap. de Melancholia recensebūtur.
Vbi satis purgatus est æger, ad balneum ducendus.
Tertio die hypochondriis & scapulis cucurbitulæ
cū scarificatione affigendę sunt, tum quibusdam die
bus corpori reficiendo interpositis, rursus hiera Ga
leni purgandus erit. Postea capiti & occipitio cucur
bitulę admouendę. Sequenti die panis in mulsa co-
ctus, additis amygdalis amaris, aut serpyllo, aut cala
mintha, aut menta, aut ruta, cataplasmatis instar ca-
piti applicandus. Atq; id tribus diebus efficies. Mox
caput derasis capillis, peucedani succo in aceto dilu
to,

to, in quo serpyllum, aut iris incocta sit, perungen duȝ. Rursus interea corpore recreato, purgandus ęger erit. Quo peracto, sternutatoria, apophlegmatismos, ⁊ ea quę per nares purgant adhibebis. Tempore interposito, si necesse uidebitur, clystere aluus eluenda erit. Tandem unguenta, linimenta, ⁊ emplastra, quibus discutiendi uis inest, applicanda: quorum in pręcedenti Cap. mentio facta est. Quędam denique sunt medicamenta, quę naturę quadam proprietate comitiali morbo aduersantur: ut est radix pęoniæ, uiscus quercinus, cornu ceruinum, ossa humana combusta, ⁊ alia multa quę recensentur à recentioribus. Si uero ob passionem primariaȝ stomachi passio comitialis contingat, solicitudo habenda est, ut ęger probe concoquat. Panis igitur diligenter confectus, ex uino antiquo tenui ⁊ albo, cum aliquo eorum quę leniter adstringunt temperato, circa horam tertiam diei assumendus. Item hieram picram bis terue singulis annis dare expedit, ut copiosè cum de stomachi morbis agetur, dicemus. Vbi auteȝ ex particula quadam hęc passio inuadere percipitur, siue ea manus, siue pes fuerit, fune excipiendi debet quę superposita est. Cum remittit, peracta totius corporis inanitiōe, prius inunctionib. excalfacere corpus oportet. Dein de medicaméta q̄ rarefaciunt, ⁊ malam temperaturā partis, unde maluȝ oritur, emendant, apponéda. Succedente etiam tempore sinapismis locus irritandus erit. Post q̄ theriaca, ⁊ nālia balnea locū obtinent.

Discutientia medicamenta.

Curatio epilepsiæ ex stomachi uitio.

Si a particula quadam oritur morbus.

De incubo. Cap. XIX.

Εφιάλτης Grecis passio, quam Latini incubum ⁊ incuboneȝ nominant, ubi aliquis noctu se grādi mole opprimi, inuadiq; ab alio credit. Fit id uitii ex crapula, ⁊ continua uentriculi cruditate, unde uapores crassi ⁊ frigidi eleuati, cerebri uentriculos replent, prohibentes facultates cerebri per nervos

Incubus quid. Causa.

os diffundi. Comitatur eo detentos difficilis mo Signa.
us, torpidus in somno sensus, suffocationis imagi-
atio, & uelu ti ingruentis alicuius occupatio. Ad-
æc uox supprimit, aut incerta indiscretaq; editur.
Quidam ita inanib. imaginibus afficiuntur, ut in se
rassatos audire credant. Cum plurima tandem an
ietate attenuato spiritu & discusso, atq; apertis mea
ibus, repente excitantur. Occurrendum igitur huic
malo per initia. Nam perseuerans, & assiduè inuadés
rauius aliquod malum, ut apoplexiam, morbum
omitialem, aut maniam prænunciat ac inducit, cras
o humore in uentriculis cerebri sensim collecto.
Victus itaq; sit tenuis, & qui flatus minime generet. Victus.
Vino non utatur, nisi aquoso. Somnum fugiat diur
num, nec statim à comestione cubitũ eat: atq; ut sum
matim dicam, totus uictus talis sit, qualis est eorum
qui comitiali morbo laborant. Curandi ratio, si Curatio.
plenitudo fuerit, totius corporis à sanguinis detra-
ctione auspicanda. Cubiti autem uena exterior se-
canda est. Sin cacochymia affuerit, purgationibus
corpus uacuandum. Si tñ pituita redundet, humores
extenuantibus medicamétis ad purgationem præpa
randi sunt. Purgato corpore localia adhibere medi Localia.
camenta opus, ut in præcedentibus monstratũ est. Suc
currit eisdem semen pæoniæ nigrũ. Danda uero sunt
potui grana quindecim, trita ex aqua. Caput ét fo-
uendum anethino oleo calido, & pileo tegédũ, dum
cu bitum eunt. Intra corpus exhibenda, q̃ caput cor-
roborant: aromaticũ rosaceum, diamoschi dulcis cõ
fectio, plirisarcoticon, diãbræ, diãthos, & eiusmodi.

De *melancholia.* *Cap.* XX.

Melancholia mentis est alienatio, seu desipien- *Melancho*
tia, sine febre. Fit interdum quidem uniuer- *lia quid.*
so in uenis sanguine meláncholico effecto, ob *Causa.*
cómune sanè uitium, cerebro quoq; ipso simul læso.

Nõnun-

Nonnunquam uero, quando reliqui corporis sanguis prorsus innocuus est, solus autem is qui in cerebro contentus est, alteratur. Idq; bifariam cótingit. Aut eniȝ aliunde in ipsuȝ deriuatur, aut in ipso met genita est, quum uidelicet internus calor aut flauam bilem, aut crassum atrumq; sanguinem superassauit. Interdum etiam ob inflammata & male affecta circa uentriculum hypochondria prouenit, quę modo auram quandam maligniorem, modo substantiæ humoris partem ad cerebrum sursum transmittunt.

Quemadmodum enim aliqui frequenter eleuata à uentriculo fuliginosa quadam aut fumosa exhalatione, aut omnino crasso uapore quidpiam suffusioni simile prę oculis obiici sentiũt: sic ascendente ad cerebrum meláncholica exhalatione, tanquam fuligine aut fumo, melancholica symptomata circa mentem accidunt. Atqȝ adeò tres sunt in uniuersum melancholię species. Vna, quando totum corpus melãcholico sanguine abundat. Altera, quando idem cerebrum ipsum solum occupat. Tertia, quando hypochondria ipsa primo male affecta, in consensum cerebrum ducunt: & hęc melancholię species hypochódriaca & flatuosa dicitur. Communia omnium, iuxta hoc Hippocraticum: Si timor atqȝ mœsticia longo tempore habentes perseuerent, ex eo atra bilis significatur. Item alii se credunt animalia bruta esse, & uoces ipsorum imitantur. Sic Galen. lib. 3. Cap. 6. de Patientib. loc. scribit fuisset quendam, qui se gallum esse putauit: ideoq; gallos cantare audiens, ut hi alarum, sic ille brachiorum plausu latera quatiens, gallorum sonum imitatus est. Alii uasa fictilia & testas se esse arbitrantur, atq; idcirco obuiãtib. ne collidãtur cedunt. Hi mortem expetunt, illi eandem expauescunt. Nónulli semper rident, Democritumq; agũt: aliqui Heraclitum, semper plorantes. Alii putant se numine afflatos esse, & uaticinantur futura. Peculiares

Tres melancholiæ species aut differentiæ.

Signa cómunia.

6. aph. 23

Melancholicoruȝ uariæ imagines.

Signa. Peculiaria

autem notę illorum hę sunt Qui ex totius corporis consensu melancholia laborãt, iis gracilis corporis habitus niger, hirsutus, & ex toto melancholicus, uel natura, uel ex acquisito per solicitudines q̃sdam, aut uigilias, aut prauorum ciboruз esus, aut hęmorroidum, aut menstruorum suppressionem. At qui hypochondriis uitiuз contraxerunt, eos sanè cruditates, acidi ructus, ardor, hypochondriorum grauitas arguunt, hypochondria quoque sursum conuelluntur, & nonunquam inflammatione conflictantur, idq́; potissimum circa mali exordiũ. Deinde ubi ipsum accreuerit, atrę bilis comitantur symptomata, quę utiqз concoctione, uel excretione, uel multis flatibus, uel uomitu, uel ructu leuantur. Quuз uero nullum ex iis, aut certe pauca circa uentriculum ueniunt, melancholica quę apparent signa cerebrũ per se & primaria passione uexari, atręq; bilis humore affici declarant. Hi autem inter cętera, unam aliq̃rem fixis ac intentis in eam prorsus oculis, diutius intuentur. Victus ratio talis sit, quæ atram bileз minime procreet: quapropter in aëre uersetur calido & humido. Cibis uescatur boni succi, humidis & temperatis, pane in clibano cocto ac probè cõfecto, carnib. caponum, gallinarum, perdicum, phasianorum, piscibus saxatilib. & eiusmodi. Vitet cibos qui melãcholicum efficiunt humorem, quos diffusè Galen. lib. 3. de Patientib. lo. Cap. 6. commemorat. Vinum bibat tenue, album, neqз ualde antiquum: crassuз uero & nigrum uitet. Exercitium sit mediocre, equitatio aut deambulatio per loca amœna & uiridia, aut nauigatio. Balneo aquę dulcis, quo se uno pręsidio cum uictu humido, Galenus morbum hunc, ubi nõdum in longum esset protractus, curasse scribit, frequenter utatur. Somnus illi supra modum confert, ueluti etiam coitus, ad moderatus. Gaudeat & lętetur, in hocq́; habeat qui cantu aut aliis musicis instru-

Victus.

stru-

Curatio. strumentis hilaritatem excitent. Vbi uniuersum corpus sanguine melancholico abundauerit, curandi rationem à uenę sectione auspicari oportet. Secãda autem est, Galeno loco iam citato teste, cubiti uena: pręcipue autem media, quę scilicet communis est & ei quæ humeraria nominatur, & ei quę per axillam ad manum fertur, iecoriaq; dicitur. Vbi uero solum cerebrum sanguinem melancholicum cõtinet, ęger sanguinis detractione non indiget, nisi fortè multum sanguinis sit, ac pręseruationis gratia uenã incidamus. Quum itaqȝ ex primaria cerebri passiõe melancholici efficiuntur, frequentibus balneis, uictu boni succi, & humido, & minime flatuoso, unà cũ decenti animi delectatione, sine alio potentiori remedio curandi sunt: cum humor qui molestat, nondum ob temporis longitudinem ut excernatur contumax est. Si enim malum aliquandiu durauerit, tũ ualentiora magisq; uaria medicamẽta adhibere oportet. Siue igitur ex totius corporis consortio, facta prius, ut diximus, sanguinis detractione: siue solius cerebri primario affectu melancholia orta fuerit, medicamenta quę per inferna purgãt exhibere oportet. Interpositis tamen aliquot à uenę sectione diebus, hoc decoctum in aurora bibat, quod. ℞. Floruȝ boraginis, buglossę, uiolarum. añ. M. I. passularum mundatarum. ℥. I. hemionitidos (scolopendriam uocant.) M. I. fumiterrę. M. s. corticum radicum cum capparum, tamaricis. añ. ʒ. iii. radicum fœniculi, petroselini, glycyrhizę. añ. ℥. I. thymi, epithymi. añ. ℥. s. Decoquantur singula in libr. iii. aquę, donec tertia pars absumatur, dein colentur, atqȝ saccharo sufficienti dulcescat colatura, & adiiciantur syrupi de fumoterrę, syrupi de epithymo. añ. ℥. ii. & fiat potio. In eundem usum hodie exhibent syrupum uiolaceum, de buglossa, adiectis aquis scolopendrię, lupi salictarii, intybi domestici (endiuiam appellant) & buglossi.

decoctum præparans.

glossi. Ego tamen aquarum distillatarum & ignis cõ
mertio expressarum usum, uentriculo potissimum,
noxium esse arbitror. atq; adeò multo cõsultius esse
puto, ut prędictarum herbarum decoctis utamur, ac
syrupis in hunc modum ammisceamus. ℞. Syrupi de
buglosso. ℥. I. syrupi de epithymo. ℥. s. Decocti scolo
pendrię, fumiterrę & endiuię. ℥. iii. misce, fiat potio.
Post hęc corpus purgetur eclegmate hamech appel-
lato, & diasenę: catapotiis Indis, de lapide armeno, &
similib. Proderit autem hoc decocto purgante uti. *decoctum purgans.*
℞. Florum buglossi (boraginem hodie appellant) flo
rum uiolarum & rosarum. añ. M. I. passularum mun
datarum, tamarindorum. añ. ℥. I. myrobalanoruȝ cę
ruleorũ (indos uocant) luteorũ (citrinos nominãt)
empeliticorum, beletȝicorum. añ. ℥. s. foliculorũ senę
polypodii. añ. ʒ. vi. prunorum damascenoruȝ nume-
ro. x. Coquantur in aqua sufficienti, ad tertias. Dein
coletur, & saccharo dulcescat colatura, & de ea exhi-
beantur. ℥. iiii. In quibus si non satis purget, licebit
dissoluere. ʒ. ii. eclegmatis diasenę. Mirifice etiam cõ
fert dilutum epithymi, in eum modum compositũ. *Dilutum epithymi.*
℞. Epithymi. ℥. s. maceretur in. ℥. iiii. seri caprini, ho-
ris. 24. dein ualide exprimatur & coletur, atq; in auro
ra propinetur. Et hoc, quod. ℞. Foliorum senę. ℥. ii. *Dilutum foliorum senæ.*
prunorum damascenorum numero. xii. Contundã
tur & macerentur in sero caprino horis uiginti qua
tuor, deinde exprimantur & colentur, ut suprà. Lice
bit & hoc puluere uti, qui. ℞. epithymi. ℥. s. lapidis ar- *Puluis.*
menii, agarici. añ. ʒ. ii. scãmonię pręparatę. ʒ. i. gario-
phyllorũ numero. xx. Redigantur singula in pulue
rem, & detur singulis septimanis. ʒ. i. uel. ʒ. I. s. Neque
temere etiaȝ quis à purgatione interiectis quibusdã
diebus clysteribus utetur, ut q à capite auertere pos- *Clyster.*
sint. ℞. Fumiterrę, lupi salictarii, thymi. añ. M. I. epi-
thymi. M. s. senę, polypodii. añ. ʒ. vi, cartami. ℥. s. semi
num anisi, fœniculi, ammi, cumini. añ. ʒ. ii. Coquan-
tur

tur usq; ad tertias. ℞. Colaturę lib. 1. Casię fistularis recens extractę. ℥. 1. eclegmatis diasenę. ℥. s. oleorum uiolacei, camomillæ. añ. ℥. 1. s. salis communis. ʒ. i. s. misce, fiat clyster. Porrò si hæmorrhoidibus aut mẽsibus suppressis malum fuerit concitatum, horum quoq; purgationem moliemur, Hippocrate sic præ-
6. aph. 11 cipiente. ait enim: Atra bile uexatis, hęmorrhoides
6. aph. 21 superuenientes bonum. Et rursum: Insanientib. si uarices uel hęmorrhoides superuenerint, insanię solutio.
Corroborantia. Cęterum danda etiam sunt medicamenta quæ lęticiam pariunt, atq; uires reficiunt: ut sunt conseruę buglossi seu boraginis, intybi domestici, uiolarũ,
Balnea. lętificans Galeni uocatum, dianthos, & similia. Nulla deniq; ratiõe, ut antea quoq; monuimus, balneo
Embrocha. rum dulcis aquę usus negligendus. Embrochę etiã, quę caput humectare possunt, adhibeantur. ℞. Maluę, althęę, uiolarum. añ. M. 1. s. camomillę, stichadis arabicę. añ. M. 1. florum nymphęæ. M. s. se. lactucæ. ʒ. i. Buliant in aqua sufficienti, & fiat embrocha, quę raso capiti admoueatur. In hunc etiam usum conueniant inunctiones ex oleo uiolaceo, nymphęæ, & similibus. Studiose deniq; annitendum, ut imaginationes peruersę & immensa mœsticia, quacunq; fieri potest ratione propulsentur. In hunc sanè modum
Historia. Alexander Trallianus lib. 1. Cap. 22. mulierem quandam sanitati restituit: quę melancholię malo correpta, inter dormiendum anguem se deglutisse putabat. Ciens enim ei uomitum, anguem extinctum pelui, qua uomitionem excipiebat, clandestine inseruit: quẽ simulatq; conspexisset melancholica, euomuisse rata, omnem suspicionẽ falsam posuit, & salua euasit. Pręterea si ob hypochondriorum offensionem
Hypochondriacæ melancholiæ. Curatio. passio constiterit, & horum habenda solicitudo erit. Fouebuntur itaque rutę, anethi, absinthii, pulegii, agni seminis, baccarum lauri, & similium decocto. Hęc etenim dolores quoq; leniunt, & discutiunt flatus,

us,potiſſimuʒ ſi oleo incocta affectę parti cataplaſ-
natis inſtar applicantur.Pręter hęc tamen cataplaſ-
natis inſint etiam ea,quę flatibus diſcutiendis con-
ducunt,nempe apium,aniſum,cuminum,uel liguſti-
cum:leuiſticum uocant.Cum hęc admoues, longo
tempore per diem ⁊ paſto ⁊ ieiuno adhęrere ſines.
Vbi ademeris,aliud quoddam operimentum ſuper-
accommodato,lanam ſcilicet latiorem. Cucurbitu
lis etiam ad flatus digerendos leuib.hoc eſt,citra ſca
rificationem utitor. Videbitur enim cibi pręſidium
hoc,Galeno lib.12.Ther.meth.authore,in huiuſmo
di affectu incantamenti cuiuſpiam ſimile quid effice
re.Illico enim cucurbita admota,qui ſpiritu flatuo-
ſo cruciantur,tum à dolore liberi,tum omnino ſa-
ni redduntur. Porrò ad dolores inflammationesq́;,
cum ſcarificatione.Quibus uitium inueterauerit,p̄- *Vomitus ut conci- tandus.*
ſentiſſimum eſt remedium per uomitum purgatio.
Non tamen ualidis uomitoriis utendum:talia eniʒ
infeſta ſunt,ſtomachoq́; anxietatem afferunt. Con-
citetur igitur uomitus cum aqua tepida,cui oxyme-
li ſit admixtum.Quod ſi tamē neqʒ hoc modo poſ-
ſunt euomere ęgri, digitos aut pennas demittendo
irritare oportet.Proderit autem iis unicè uomitus,
qui per elleborum album fit,in hunc modum.℞.El-
lebori albi.ʒ.i.Concidatur in minutas particulas,⁊
raphano ſatis magno indatur. Tranſactis trib. die-
bus iterum eximatur, raphanusq́; fortiter exprima-
tur.dein accipe ſucci ex raphano expreſſi.ʒ.vi. aquę
calidę.℥.iiii.oxymelitis.℥.i.⁊ totum calidum ægro
propinato.Vel in hunc,qui.℞.Ellebori albi optimi
ʒ.iii.⁊ raphano prius perforato inſerantur infigan-
turuè,ac ibi noctem unam integram dimittantur.
Poſtridie ubi in raphanum uires ellebori migraue-
rint,amoto elleboro raphanus in minutas p̄tes diſ-
ſectus,in oxymelite exhibeatur,diligenter cauendo,
ne ellebori quidpiam in raphano relinquatur.

De conuulsione. Cap. XXI.

conuulsio quid.

Σπασμὸς Græcè, conuulsio Latine, est, ubi nerui atq; musculi præter uoluntatem conuellũtur, in eamq; dispositionem ueniunt, quam et in motibus secundum arbitriũ factis assumpserũt. Vel breuius, ut definit Galen. lib. 2. de Symp. causis Cap. 2. conuulsio est, quæ neruos musculosq; ad eundem cogit affectum, in quem ab animali facultate, quum naturalem habitũ seruarent, ducebant. Eius autem tres sunt species. Τέτανος, quum ceruix unà cũ reliquo corpore immobilis manet, & in neutram partem inflectitur, sed iuxtà in utramq; partem recta intenditur. Latini uocant distentionem, Celsus rigorẽ. Ἐμπροσθότονος, quum caput, ceruix, reliquũq; corpus in pectus contrahitur: Latine tensio ad anteriora dici potest. Ὀπισθότονος, quãdo caput in scapulas conuellitur: Latinis tẽsio ad posteriora appellari potest. Hippocrates conuulsionis duas duntaxat esse causas statuit, repletionem nimirum, & inanitionem neruosorum corporum. Sicuti enĩ in exterioribus uidemus lora & chordas extendi, ubi aut multa madent humiditate, aut uehementius exiccantur: sic & in corporibus animalium, par est non raro fieri conuulsionem. Animaduertendum autẽ, hic Hippocratem loqui de conuulsione ea quæ primo fit, aut, ut apertius dicam, quæ propria passio est. Fit enim conuulsio etiam per consensum, quum scilicet aliquid à parte primò patiente ad cerebrum ipsum effertur, quod ut à se expellat huiuscemodi motu cõcutitur. Iuniores medici barbaram sectantes medicinã, spasmum non proportionatum ad materiam nominãt: quia scilicet non accidat ob materiam, quæ implere aut inanire partes neruosas possit, sed à qualitate q̃dam, alteratis per continuationem partibus: aut substantia, uel spiritali ueluti aura uel fluida ad neruorum

Τέτανος

Ἐμπροσθότονος.

Ὀπισθότονος.

Causæ. 6. aph. 39

Conuulsio per cõsensum.

Spasmus non proportionatus ad materiam.

rum

um principium delata, ſicut contingit in iis qui à ſcorpione aut alia fera uenenata icti ſunt. Quando aliquem ſanum repente, Galeno. 2. Apho. cõm. 26. teste, aut non multo poſtea à morbi initio conuulſio corripit, à repletione fieri neceſſe eſt. Vbi uero poſt plurimos ſudores, aut uomitum, aut deiectiones alui, aut ſanguinis eruptiones, aut uigilias, aut famem, aut motus tum multos tum uehementes ſubſequitur, inanitio in cauſa eſt. Conuulſio per conſenſum facile ex ęgri relatione dignoſcitur. Victus ratio in conuulſione quę fit à repletione, eadem eſt huic quę in reſolutione, calida nempe & ſicca. In ea uero quę ab inanitione fit, humida ſit oportet. Nutriendi enim ſunt ſorbitionibus & iuribus pinguibus, & carnibus concoctu facilib. & probè nutrientibus. Vino utantur tenui & aquoſo, quod facile per omnia corporis membra diſtribuitur: niſi febris affuerit. tunc enim ptiſanę cremor utilis erit. Somnus etiam accerſendus erit. & uictus in uniuerſum talis ſit, qualis eſt eorum qui hectica laborant febri. Curatio conuulſionis à repletione ortę, à ſanguinis miſſione auſpicanda, modò nihil adſit quod eandem fieri prohibeat. Liberaliter autem ſanguinē auferre conuenit, modò non confertim id fiat, ſed pluribus uicibus. Detrahendus autem ſanguis ex cubiti uena media. Dein clyſteri acri, ſi ita uiſum fuerit, aluus eluenda. Partes autem quę conuelluntur, ualenter continendę ſunt, & inordinatis motibus reſiſtendum. Oleo quoq; rutaceo aut irino, aut alio quodam ex hoc genere perfricandę: aut lanis oleis eiuſmodi imbutis contegendę. Vel ueſicam latam calido oleo repletã, ſupimponere oportet. Si uero à pituitoſis humoribus conuulſio euenerit, ii primum omnium extenuandi & incidendi, utq; idonei ſint ad expulſionem præparandi: præparati, medicamentis in Capitibus de Reſolutione & morbo comitiali di-

Signa.

Victus.

Curatio conuulſionis a repletione.

ctis euacuandi. Cucurbitulas etiam cum scarifica-tione admouere prodest: leues enim lædunt. si qui-dem crura contrahantur, coxis, & postremæ uerte-bræ: si manus conuellantur, dorso, & primæ ipsius uertebræ, tum ei quę humeros superiacet. Caput prę terea apophlegmatismis, gargarismis, & similibus medicamentis purgandum. Procedente tempore bal neo uti confert. Singulis itaq; diebus bis aut ter in aquas sulphureas, uel aluminosas, uel salsas descen-dat: non tamen diutius, ne uires conuellant, immo-retur. Aut si thermarum nullus usus esse poterit, la-conico uti licebit, aut aqua cui icocta sint folia lau ri, abrotonum, pulegium, absinthium, ruta, saluia, hy pericon, maiorana, & betonica. Conuulsæ quoque partes pellibus luporum & uulpium uestiantur. In-unctiones deniq;, quę in Cap. de Resolutione dictę sunt, adhibere conuenit. Frigidę superfusione, cuius Hippocrates meminit, cum sit periculosa, non facile uti licebit, nisi singula quę ab illo requiruntur ad-sint. Cæterum calida medicamenta, ut est theriaca, antidotus mithridati, deglutienda erunt. Omnium tñ securissimum & optimum est castoreum dilutum, ad cochlearis parui mensuraз, hoc est drachmã unã. Conuulsio, quæ ex inanitione & siccitate fit, maxi-mum sanè malum est, & propemodum insanabile. Eos autem qui sic conuelluntur oleo, uel hydrelæo calido fouere opз. Ad lauacrum etiam deducere oз, temperatoq; folio uti, cum oleo & frictione leniffi-ma. Et in uniuersum ferè curentur ut, hectica corre-pti. Curatio conuulsionis ab ictu ferę uenenatę, ea-dem est cum ea quæ adhibetur iis qui à canę rabido morsi sunt. Annitendum enim ut uenenum extraha tur, uulnus latius efficiendo, locumq; totum in cir-cuitu scarificando, superimpositis cucurbitulis. Cõ fert & marrubii & anagallidis folia illinere. Theria-ca etiam cum rosaceo diluta, & ulceri apposita, eo quod

Balneum.

5. aph. 21

Conuulsionis ex inanitione & siccitate curatio

Curatio conuulsionis a consensu.

quod uenenum à profundo attrahat atq; euacuet: hæc enim alexiteriorum, teste Galeno lib. 5. de Simpli. medi. facul. Cap. 17. actio est. ut hinc toto cœlo errare Gentilez, & qui hunc sequuntur, constet, quuz theriacam admotam uenenum magis intrò & in profundum pellere garriunt.

De tremore. Cap. XXII.

Τρόμος Grecis, tremor Latinis dicitur: & est passio, quę duobus perficitur motibus. uno, dum cogitur membrum ob morbum atqz grauitatem, ad inferiora repere: altero, dum sursum à facultate fertur. Eius origo cõmuniter ex neruorũ imbecillitate est. Priuatim uero, frigidius naturę temperamentum frigidę potio, & pręsertim in febrib. intẽpestiuè assumpta, frigidi, crassi, & lenti succi, uini multi meracioris usus, senectus, timor. Signa quibus causę dignoscuntur nulla sunt necessaria, quod partim ex ęgro, partim etiam ex iis quę suprà dicta sunt deprehẽdi queant. Victus ratio sic instituatur, ut caussis plane contraria sit. Cibus uero diductu facilis offeratur, & boni succi, primum sorbilis, mox uolatilium & piscium molli carne pręditorum. Si autem crassorum uiscosorumq; succorum copia fuerit, utí conuenit iis quę incidunt extenuantq;. Vitent in uniuersum omnia quę neruos offendere possunt, uini potionem, potissimum meracioris. Bibant dilutũ & aquosum, aut hydromeli. Qui ex erroribus commissis manifeste tremunt, à noxiis deinceps abstineant. Qui igitur ex uini potu tremunt, iis uinum circuncidendum est, quoad in totum morbo fuerint liberati. Bibant interea hydromeli, cuz decocto saluię aut betonicæ. Si à frigidis & crassis humoribus tremor accidit, curandi ratio eadem erit adhibẽda quę resolutioni & conuulsioni à repletione factę sanguinis duntaxat missione excepta. Extremæ au-

Causa.

Signa.

Victus.

Curatio.

tem corporis partes oleis calefacientib. prę unctę, lanis mollibus cõtegantur, Dein cucurbitulę citra scarificationem à priori uertebra usq; ad spinam lumbosq; affigantur, ut scilicet crassi & lenti humores uertebrarum foramina obstruentes, ad cutis superficiem trahantur, atq; adeo subinde facilius discutiantur. Proderit ẽt, ut ęger quotidie piperis grana qnq; ex mulsi cyatho, hoc est. ℥. i. s. sumat. Simplicia quoq; hęc pręsumpta trementes adiuuant, castoreum, leporis cerebrum comestum, altheę radicis decoctum, & eupatorii. Quid multa? medicamentis, unctionibus pręsertim, ad resolutionem conscriptis utendũ est.

De destillatione. Cap. XXIII.

Destillatio quid. Destillationem hoc loco communiter accipere oportet, ut sub se complectatur omnes ex capite in subiectas partes defluxus. Huius autẽ tria

Κατάῤῥοος. sunt genera: quorum primum est κατάῤῥοος, qui destillatio propriè Latinis dicitur. Fit, Galen. lib. 5. de Simp. caus. teste, ubi ad os ac fauces humor delabit.

Κόρυζα. Βράγχος. Alteru Grę κόρυζα Gręcis, Latinis grauedo appellatur: fit, dum ad nares decumbit humor. Tertiũ βράγχος Latinis raucedo uocatur: accidit, ubi ad asperaũ arteriam humor destillat.

Causæ. Ob uarias causas accidere solet. Vel enim calor ambientis qui in cerebro sunt humores dissoluens, uel eiusdem frigiditas eosdem constringens, ut iis potissimũ qui aperto capite balneum egrediuntur accidere solet, destillationẽ cõciliat. Frigida etiã cerebri intemperies, quę cur eius alimentum non probè concoquatur, & calida, quæ aliunde ut trahantur ad ipsum humores efficiunt, destillationem procreare possunt. Causę extrinsecæ facile de ęgrotorum sermonibus agnosci possunt.

Signa. Qui ex calore destillatione corripiũtur, his particulę incalescunt, acris tenuisq; humor destillat tum per nares, tum per os, facies rubescit & nasus. Hos etiã ut plu-

phurimuz febris comitatur. Qui ex frigore, iis caput undiq; & frons distenditur, meatusq; (quos ethmoides nominant) clauduntur, ita ut ne uox dorsum p nares träsmeare queat. Pituita & crassus humor è naribus stillat. Fugiant aërem impensè calidum & frigidum, presertim à balneo, uentos austrinos & aquilonios, laconicum, & omnia quę dissoluere humores in cerebro possunt. Vtantur cibis concoctu facilibus & boni succi. deuitent eos qui uaporum copiā ad cerebrum transmittunt, cepe, allia, sinapi, raphanum, & odoramenta suprà modum calida. In cœna ii minus quàm in prandio comedant. Potus sit hydromeli, aut decoctum hordei uel cinnamomi. Fugiendus somnus diurnus, & supinus. Vbi calida intemperies passionem effecit, iis pugnandum presidiis quæ dolori capitis ex tali causa contracto conueniunt. Præsentissimum autem remedium est capitis irroratio, maximè in ęstate. Quod si frigida intemperies afficiat, caput calefacientibus subtilibusq; oleis, irino, rutaceoq; perungendum. Irinum uero non solū illinitur, sed etiam naribus instillatur, aliaq; quę suprà de capitis dolore ex frigore orto dicta sunt adhibentur. Si aūt calidus humor à capite destillauerit, simulq; febris inuaserit, ac totius corporis plenitudo fuerit, sanguis è uena exteriore cubiti mittendus erit. Si sanguinis missione uti non licuerit, clysteri aluus eluenda, atq; à capite exuperantes humores deorsuz trahendi. aut medicamentis bilem per inferna ducentibus corpus purgandum, catapotiis nimirum aureis, alephanginis, & simili. Auertendi ēt à capite sunt humores frictionibus extremitatnm, ligaturis, & cucurbitulis scapulis admotis. Proderunt ēt medicamenta intra corpus sumpta, qb. alterādi inest facultas; ut est syrupus uiolace⁹, nymphęę, de papauere, & similes. Embrochę ēt, & odoramēta suprà in Cap. de dolore capi. cōmemorata adhibeant. Empla

Victus.

Curatio.

Si calidus humor.

Auersio.

strum quoq; ex terra sigillata, aut bolo armenio ⁊ plantaginis succo cõfectum, raso capiti imponatur. Si uero frigidus humor sit qui à capite destillet, per ea quę pituitam purgant corpus uacuabis. In quem usum non parum proderit ualidi clysteris iniectio. Quo peracto, à capite auertere atq; retrahere humores conueniet. Dein ubi materia cõcocta fuerit, apophlegmatismis, gargarismis, ⁊ similib. medicamentis caput purgandum. Sacculi etiam capiti admouendi sunt, hunc in modum confecti. ℞. Florum chamęmeli, meliloti, stichadis arabicæ, foliorũ lauri, pulegii, origani. añ. M. s. cinnamomi, gariophyllorum. añ. ℥. s. maceris. ℥. ii. nucis myristicę, galliæ moschatę. añ. ℥. i. Terantur omnia, ⁊ fiat sacculus capitalis, qui suturę coronali imponatur. Confert etiam caput oleis calidis, irino, anethino, ⁊ rutaceo perungere. Destillationem uero reprimunt omnia quibus exiccandi inest facultas: potissimum uero nigella, aut cuminũ deustum panniculo inditum ⁊ illigatum, pręsens auxilium affert. In hunc usum suffimenta adhibere o;, sic cõposita. ℞. Thuris, mastichis. añ. ℥. i. ligni aloës. ʒ. i. cinnamomi, gariophyllorum. añ. ℥. s. gallię moschatę. ʒ. ii. foliorum lauri, santalorum luteorum. añ. ℥. s. moschi, ambar. añ. gr. i. Teratur singula, ⁊ cu; styrace liquido quod satis est formétur pastilli, quorum unus prunis inseratur. Aliud. ℞. Saluiæ, maioranæ, rosmarini. añ. ℥. i. maceris, gariophylloru;, cinnamomi. añ. ʒ. ii. ligni aloës, thuris. añ. ʒ. i. misce, fiat puluis, qui carbonibus ignitis iniiciatur.

Si frigidus humor. *Sacculus.* *Destillationem reprimentia.* *Pastilli pro suffitu.*

De lippitudine, siue ophthalmia. Cap. XXIIII.

Lippitudo quid.

Οφθαλμία Latinis lippitudo dicitur, est inflammatio tunicæ uel membranę adnatę, qua; cõiunctiuam hodie uocant. Adnata autem dicta propterea, quod aliis quę oculum ipsum constituũt tunicis forinsecus adnata sit, ligamentum existens toti

toti oculo ad circumiacentia ossa: ideoq; ambientes oculorum partes usq; ad malas nonunquam in uehementiori lippitudine simul attolluntur. Fit uel ex plenitudine uniuersum corpus aggrauante, ob quam adnata etiam humoribus referta tenditur. Vel ab influentium acrimonia, uehementer erodente: uel propter aliquam crassorum humorum, aut spirituum flatulentorum intensionem. Dignoscitur, quando adnata oculi membrana, quæ natura alba est, ob sanguinis confluxum rubea esse uidetur, & ex oculis lachrymæ resudant, atq; in maioribus oculi angulis sordes quędam colliguntur. Locus in quo decumbit ęger, obscurus & tenebrosus sit, & pro causæ diuersitate aut frigidus aut calidus. Si in propatulum egreditur ęger, panniculo atro aut uiridi oculos obducat. Tenui utatur uictu, & cibo parciore. deuitet carnium lactisq; esum. Vino haud utatur, pręsertim inter initia. Bibat itaq; decoctum cinnamomi, aut hordei, donec uigor pręte reat. Quod si tamen crassi humores tensionem procrearent, hydromeli aut uinum tenue & aquosum bibere conueniret. Exercitari haud prodest, sed quiescere & dormire. Perturbationes animi procul absint. Si ex plenitudine cótracta fuerit inflammatio, id quod dignoscitur si cum ingenti dolore oculos affligente plurima tensio, rubedo, renitentia, & calor affuerit, feruidarúq; lachrymarum copia defluxerit, à sanguinis missione curandi ratio auspicanda erit. Venam autem secare oportet cubiti superiorem, quam humeralem uocant, atq; eam potissimum quę è directo est. Et si uehemens sit inflammatio, ad animi deliquium usq; sanguinem auferre conueniet. Si uero à rodentibus, aut crassis humoribus lippitudo orta fuerit, id quod lachrymę tenues, salsę, acres, calidęq;, aut contrariæ monstrabunt, atq; adeò totum corpus cacochymum fuerit, prauisq; humorib. abundauerit, quę noxios humores

Causę. Signa. Victus. Curatio.

mores uacuare & purgare possunt medicamenta propinanda, quę certe pro redundantium ac infestantiũ humorum uarietate immutanda ueniunt. Corpore inanito, humorum impetus qui ad oculos fertur, deorsum, & alias corporis partes ignobiliores frictionib. infernarum partium, ligaturis artuum, & cucurbitulis reuellendus erit. Posthęc adhibenda sunt medicamenta repellentia, quę non exasperent, hoc est non uehementem sortita sint adstrictionẽ: sed quæ tum propria sua substantia sint moderatiora, tũ lenitiui liquoris ammixtiõe adhuc magis talia fiant.

Adstringẽtia & reprimentia.

Lenitiui autem humores sunt potissimum, Galeno lib. 13. Ther. meth. Cap. ult. teste, oui candidum, & fœnigręci decoctum, & ad hęc amplius ipsum lac. In quo prouidum esse conuenit, ut iuuenculę simulq; boni succi fœminę existat, uberibus ipsius in cotem in qua collyrium teritur expressis, quo calidum adhuc oculis infundatur. Hoc autem pręcipue in uehementi dolore afflictis, aut ꝓpter inflammationis magnitudinem, aut ob influentium humorum acritudinem faciendum. Fronti itaq; illinendi succi rosarũ, plantaginis, solani, foliorum salicis, cum oui albo & aceto. His ammiscere oportet bolum armeniã, thus, acatiam, santalos rubeos, balaustia, & similia, ex quibus adiecto oleo rosaceo & farina hordeacea emplastrum componendum erit. Emplastica & anodyna, ut est cerussa & amylum, non temere sunt adhibenda. hęc enim etsi sensum torpescere faciant, tamen uehementes fluxiones, Galeno. 6. Apho. comm. 31. teste, non reprimunt, sed excerni prohibent: atq; adeo si humores fluentes acres fuerint, corneam erodi cõtingit. Si uero multi, magis irritari, ac uehemẽter extendi. Pariter uehementer stupefacientia, nisi maxima doloris necessitas urgeat, non sunt admouenda quod scilicet facultatem uisoriam offendant, adeò ut cessante inflammatiõe uel debiliter, uel nihil omnino

Lenitiui liquores.

Emplastica & stupefacientia non temere adhibenda.

ino uideant. In principio itaq; medicamenta quæ
efrigerant, adstringunt & repellunt, adhibenda. In
ncremento repellentib. nõnihil ex iis quę discutiũt
dmiscenda. At in uigore mitigatoria applicanda.
n decliuatione, ea quę tantum discutiendi faculta-
e pollent. Vbi igitur concocta iam phlegmone ipsa
uerit, & simul corpus uacuum, tum utiq; lauationes
n balneo his sunt aptissimę. nam Galeno ubi suprà
utore, & dolorem statim sedant, & fluxionem quę ad Balneum.
culos fertur sistunt, maxima quidem eius parte in-
er lauandum per totum corpus excreta, reliquo ue
o contemperato mitigatoue. Fomentum pręterea
omnino adhibendum est ipsis oculis per spongiam, Fomentum
iquidem mediocris sit dolor, semel aut bis in die. Si
uero uehementior dolor urgeat, pręstat ter aut qua
er, & sępius uti, in longis pręsertim ęstiuis diebus.
Fiat autem fomentum per meliloti & fœnigræci de-
coctum. Est namq; hoc medicamentum maxime om
nium quę oculis admouẽtur, sine offensa discutiẽs.
Lauandum tamen prius curiose fœnogræcum, ne
quid illi uel pulueris uel sabuli adhærens clam la-
teat. Aloẽ etiam per se, uel aqua, aut succo fœniculi
diluta mirabiliter confert.

De suffusione. Cap. XXV.

Ὑπόχυμα καὶ ὑπόχυσις Latinis suffusio dicitur, bar
baris cataracta. Est, ubi humor lentus & glaciei
modo concretus, inter corneã & crystalloiden
circa pupillam subit, quo uisus eatenus saltem impe-
ditur, ut non possit discretas rerũ species & colores
oculos apprehendere. Accidit potissimum ex refrige Causa.
ratione, ac imbecillitate spiritus uisorii, Paulo libr.
6. Capite. 21. autore. Fit etiam ex uomitu uiolentius
concitato, & ex ictu, & humore pigro in cornea mẽ-
brana iuxta pupillam collecto. Inchoante morbo Signa.
tanquam pusilli culices, uel alia lucentia, caligino-
saq;

saq; quędam corpuscula assidue pręoculis obuersa-
ri uidentur. Quibusdam ueluti lanarum filamenta
& telę aranearum, quibusdam circa lucernas circul
offeruntur. Hęc autem nonnunquam proprię nox
oculi, nõnunquam uentriculi passioni feruntur a
cepta. Quare inter hęc duo discrimen habendũ est
Si quidem uisa ob humorum in uentriculo conten
torum uitiuz oborta fuerint, utriqz oculo similite
accidunt. Quę uero per propriam passionem appa
rent, neqz incipiunt simul in utroqz, neqz similite
apparent. Deinde ex tempore quoqz distinguuntur
si enim tribus quatuorue aut etiam pluribus mens
bus suffusionis symptomata apparuerint, contẽpl
tiq; tibi pupillam, nihil tenebrosum uideatur, ab or
uentriculi passionez procedere inuenies. Si uero nó
ita multum temporis intercessit, quærendum est i
primis utrum ex quo incœpit affectus, singulis die
bus perpetuò huiusmodi apparitio perseuauerit
nullo scilicet interueniente die qui omni querela c
ruerit, an diebus quibusdam laborans exactè uide
tur conualuisse. Nam continuitas suffusionem po
tendit. Intermissio uero, quòd malum à uentricul
prodierit, suspitionem excitat. Idq; magis, si ubi per
fecte quis concoquens, nullum sibi uisum apparer
fatetur. Sed multo magis, si quum apparuerunt uisa
mordicus in ore uentriculi doluit: maxime uero,
post hęc uomendo, eiecta re mordente, mitigata fu
rint symptomata. Vbi uero altera pupilla tenebro
sior, aut turbidior, aut non exacte pura uidetur, suf
Victus. fusionis esse initium censenduz est. Victus ratio si
attenuatoria, & exiccatoria. A uino abstineat in to
ta medicatione, & pro eo decoctum cinnamomi au
hydromeli bibat, Fugiat omnia caput replentia. A
balneis abstineat, nisi uel lassitudinis uel cruditati
causa sint necessaria: atq; ne tum quidem in aëre ba
nei diutius immorari, neqz in solio pſistere, sz sensi
qui

tem ingredi, confestim uero egredi oportet. Vitent pisces, fructus, & quicquid corpus humectare potest. Suffusi in principio, nisi quid obstet, ueną cubiti ex- Curatio.
terioris sectiõe, & acribus clysteribus purgatiõibusq; que curantur. Deinde cucurbitula occipitio cũ scarificatione affigenda est, utendumq; per interualla apophlegmatismis, & iis quę per nares purgant. Cauterium etiam quale suprà Cap. 11. descripsimus, post aures apponendum erit. In oculis autem medicamẽtis est primum simplicib. utendum, puta melle cum oleo & succo fœniculi. Postea cõpositis, quale hoc est, quod. ℞. Succi fœniculi. ℥. ii. aquę chelidonii maioris, euphrasię. añ. ℥. i. s. sagapeni. ʒ. i. misce. Fellis etiã genera per se, aut cũ fœniculi succo illita proderũt. Aut myrrhę & piperis partes ęquales cum melle.

De aurium dolore. Cap. XXVI.

Aurium dolor aliquib. ex refrigeratione, in peregrinatione à frigidis uentis facta, oritur. Ali- Causa.
quibus uero ex balneis frigidis, & quibusdam ex aquis medicatis excitatur. Fit & auris dolor ex inflammatione, interdum quidem solius circa meatũ cutis, interdum uero in profundo, quando uidelicet neruus auditorius ad inflammationis affectum peruenerit. Qua uero ratione inflammatio, partes inflammatas distendens, dolorem parit: eodem modo etiã flatulentus spiritus transitum non habens, dolorem efficit. Saniosi deniq; & serosi humores in corpore aurium generati, consimiliter ut mordaces humores Signa.
qui extrinsecus illabuntur, dolorem conciliant.
Auriũ dolor q frigiditati fertur acceptus, de ęgri sermonibus facile cognoscitur, & inde quod dolor altè citra grauitatem uel distensionem, uel ardorẽ fixus sit. At qui ex calida ortus est intemperie, ex eo quod in illo feruoris cuiusdam sine grauitate seu tensiõe sensus est, deprehẽditur. Si grauitas, distẽsio, simulq;
ca-

calor & dolor pulsatilis, aut etiã febricula oboritur, inflammatione, aurem laborare censeto. Sola autem citra grauitatem distensio, spiritum flatulentum cui exitus non patescit, indicat. Victus ratio ex superioribus iuxta causę diuersitatem facile institui potest. Cæterum, dolorem à sola refrigeratione obortum, calefacientia quam celerrime curant, nempe oleum rutaceum, laurinum, nardinum, cicinum, anethinum, & liliaceum. Oleum etiam in quo allium decoctum est uel cepa, instillatum mirifice confert. Sunt qui magnas cepas exculpentes, deinde oleo explentes, & in feruente cinere moderatè calefacientes, ita auribus infundant. Galenus euphorbio perquàm exiguo ad multum uetus oleum ammixto usus est, ueluti etiam pipere exquisitissime trito. Manifestum uero est omnibus, quicquid adhibetur mediocriter calidum esse oportere. Quum autem à calida intemperie dolor obortus fuerit, tum contrariis medicamentis propulsandus erit. Mirifice igitur confert rosaceum oleum in aurem demissum, uel acetum, uel succus solani, oleumq; nymphęæ. Vt. ℞. Olei rosacei, succi solani. añ. ℥. s. aceti. ʒ. i. s. misce. Magnifice ét eos dolores mitigat oui candidum, itemq; lac muliebre. Vbi uero aqua medicata circa auditorium meatum contineatur, oleum assidue infundere conuenit, quo ipsum eluamus: dein lana molli extergere, rursusq; infundere. Plurimum etiam prodest adeps anserinus, atq; item uulpinus. Sed nihil ad aquam euocandam prętantius, quàm oris exuctio, quę etiã per calamum ceu canalem exugi potest. Si quis etiam alteri pedi innixus eiusdem lateris cum aure affecta, capite parumper decliui saliat, aquã facile excutiet. Si uero à flatibus, aut crassis uiscosisq; humoribus dolor excitatus fuerit, medicamẽtis quę obstructiones auferunt & incidunt utendum: cuiusmodi sunt omnia amara, q̃ sine erosiõe expurgant, extergũtq;.

Victus. *Curatio doloris frigidi.* *Doloris calidi.* *Ex aquis medicatis* *A flatibus & humoribus crassis.*

x quo genere eſt album item ac nigrum ueratrum, mygdalę amarę, ex ariſtolochiis quęcunq; fuerit d manum, iris Illirica, uitis albę radix, centaurii mĩ oris coma, cinnamomum, & polium. Quod ſi inflã natio adſit, ſtatim ſanguis ex humerali uena eiuſdẽ ateris mittendus eſt. Deinde oxyrhodinum tepefa- tum inſtillandum. At ſi uehementior fuerit inflam natio, ad ſedandos dolores albumen oui cum lacte nulieris tepidum infunditur. Cogente uero dolo- e, neceſſarium eſt etiam his quę ſenſum ſtupefaciũt iti. Neq; enim mediocre periculum eſt, ne cerebrum neruo per quem facultas audiendi diſtribuitur uici num, per conſenſum afficiatur. Miſcetur autem pau culum opium muliebri lacti, & oui candido, quę & pſa per ſe aurium inflammationibus proſunt. Caſto rio etiam opium miſcetur. Verum multo ante uſum tempore, Galeno lib. 3. de Comp. med. Cap. 1. auto- re, ſiue pari pondere, ſiue duplo caſtoreo ammiſcea- tur, pręparatum id eſſe conuenit. Et miſcetur quidẽ in uehementiſſimis doloribus pari, in minoribus ue ro duplo. Liquor uero quo prędicta medicamenta, diligenter prius trita & leuigata diluuntur, ſapa ſit. Opio etiam oleum roſaceum & uiolaceum miſcetur in hunc modum. ℞. Opii. ʒ. s. oleorum roſacei & uio lacei. ań. ℥. i. s. miſce. Philonis antidotum frequenter etiam ſic laborantibus profuit, diſſolutum lacte mu liebri, & inſtillatum. Extrinſecus uero aurem aſſidue ſiue oleo communi, ſiue ex quodam calido fomen- to oportet fouere, lanamq; hoc imbutam in aurem coniicere, ſed ita ut partes inflammatione tentatæ quàm fieri poteſt minime attingantur. Vbi autẽ do lor inueterauerit, & iam in ſuppurationem conuer- ti cœperit, medicamento è ſucco linis ſeminis uti- tor, quod unà cum roſaceo aut chamæmelino ſolu- tum inſtillabis.

Ab inflam matione.

Stupefa- cientia.

De

De parotidibus. Cap. XXVII.

Παρωτίδες sunt inflãmationes, quę in glandulis auribus adiacẽtibus fiunt. Causa eius nõ est alia quàm reliquarum inflãmationuȝ, quę in glandulosis accidunt partibus. Signa nulla ad agnoscendas parotides requiruntur: oculoruȝ eniȝ iudicio subiacent. Victus ratio talis, qualis in aliis inflammationibus, instituenda uenit. Curandi ratio à uenę sectione, si ętas aliaq; permiserint, auspicanda erit. Incidenda uero humeralis eiusdem lateris uena. Non tamen ad eas, quemadmoduȝ alias inflammationes, in principio reprimentibus utimur, sȝ contrà attractoria medicamenta adhibemus. Atqȝ si hęc nihil notatu dignum effecerint, etiam cucurbitulas affigemus, aut fomẽta assidua adhibebimus. Annitendum eniȝ, ut affligens humor ex profundo ad cutem attrahatur, pręsertiȝ ubi in capite affectus sit firmatus, humorib. in eo pertinaciter hęrentibus. Quin & quum citra capitis affectum, in febribus acutis natura superuacuos humores ex uasis effundens ad regionem inter cutem & subiecta corpora deponit, quando sanè & glandulę ex effusis humoribus oppulentur: melius esse utiqȝ etiam tunc uidetur, naturę, per humorum decubitum seu ex loco in locuȝ impetuosum illapsum febres curanti, opitulari. At uero quum uehementi impetu influxus irruit, nihil nos tentabimus, sed omnia naturę permittemus. Si enim uel cucurbitam uel medicamentũ humores ex alto ad cutẽ attrahens admouerimus, uehemens dolor hominem apprehendet, unde & uigilię suborientur, febres intendentur, ac uires exoluentur. Mitigare itaq; tunc, non humoꝝ influxui opitulari conuenit, per cataplasmatũ maxime lenientium usum. Eligenda uero, quę cũ humiditate moderata calorẽ habeant, dolorib. mitigãdis sedandisuè, atq; influẽtib. hu-

Παρωτίδες. Causa. Signa. Victus. Curatio. Adstringentia & reprimentia medicamenta in parotide non adhibenda.

humoribus concoquendis & maturandis idoneum, ueluti est quod ex farina hordeacea, aut triticea, aut seminis lini cum mulsa, aut fœnigræci, aut altheæ, aut chamæmeli decocto paratur. In hunc etiam usum ualet butyrum assidue illitum, & ouorum uitelli. Suillus etiam adeps cum butyro liquatus, cera exigua addita. Si itaq; tumor non discutiatur, suppurantib. medicamentis utendum est: uelut est farina triticea, cum caricarum decocto, & oleo. Si uero suppuratæ fuerint parotides, tunc aut per sectionem pus elicere oportet, ulcusq; uelut in eiusmodi moris est curare, aut sanè per acre medicamentum abscessum rumpere: quale est quod ex alliis constat. aut tentare, ut ipsum per medicamenta attractoria tenuiumq; partium discutiamus, bis per diem ablatis, & fomentis admotis, donec remiserint & laxati fuerint dolores. Quando uero iam plurimum puris fuerit discussum, tunc iam primum semel soluere ea medicamenta, & fomenta adhibere oportet: deinde uero neq; ex re est id facere, sed ipsis medicamentis permittere oportet, ut si quid reliquum in profundo hæreat, idipsum discutiant. Quod si durities adsit, ea ipsa quoq; molliendaest. quare hoc tempore ex mixta medicamentorũ facultate compositio parabitur, emollientibus attractoriis ammixtis. Manifestum autem est quod moderatæ parotides, in quibus neq; humorum multitudo redundans in particulas irruit tanta, ut uehementes dolores excitet, neq; caliditas cum humore adest, facile per medicamenta emollientia & discutientia, q̃le est emplastrum diachylon, sanari possint.

De sanguinis ex naribus eruptione. Cap. XXVIII.

CAusæ profluuii sanguinis ex naribus externæ multæ sunt, nempe casus ab alto, ictus, exercitium uehemens, mora in sole. Multę ēt sunt internæ, nimirum copia sanguinis, uel eiusdem tenui- *Causę.*

 tas.

tas. Omnes autem causę sub iis tribus complecti po
sunt. Sanguis enim profluit ex naribus, aut reserato
uenarum uel arteriarũ quę in capite ⁊ naribus sunt
ore, aut tunica earundem rupta ac diuisa, aut sudo-
ris instar transcolatus. Porrò, reseratur uenarum ⁊
arteriarum os propter tum uasis imbecillitatem, tu
sanguinis qui ad os earum impetu ruit copiam; ad
hęc acrem quampiam, quæ illi extrinsecus incidit, q
litatem. Diuiditur autem tum ex uulneratione, tum
contusione, tum ruptione, tum erosione. Sudoris in
star transmittitur tunica quidem ipsa rarefacta, san-
Signa. guine uero tenuato. Causę externę de sermonibus
ęgrotantis cognoscuntur. Plenitudinis notę dictæ
sunt suprà Cap. 6. huius libri. Decretoriuƺ sanguinis
ex naribus profluuiuƺ ex morborum qui pręcesserũt
Victus. constitutione deprębenditur. Victus ratio talis sit,
quę infrigidare ⁊ incrassare sanguinem queat. Te-
nuis etiam sit. Aëre itaq; utatur frigidiore: cibis bo-
ni succi, ⁊ cõcoctu facilibus. Feruente sanguine, ue-
scatur lactucis, endiuia, scariola, piris, cotoneis ma-
lis, pullis gallinaceis assis, aut cum omphacio deco-
ctis. Bibat uinum crassum ac rubeum, fugiat uero te
nue ⁊ albuƺ. Aut in potu utatur aqua frigida, uel de
cocto cinnamomi. Parum loquatur, animiq́; pertur
bationes (iram potissimum, ⁊ similes) deuitet. Caput
Curatio. pręterea sublime habere conueniet. Curandi uero
ratio ab iis quę sanguinem ad alias corporis partes
auertere possunt auspicanda. Primum itaq; si pleni-
Venæ se tudo corporis adsit, aut ętas permiserit, ęgerq́; reso-
ctio. lutus adhuc non sit, uena in cubito incidenda est, q
profusioni è directo respondet. Vbi paululum de-
traxeris, mox unam horam intermittens, rursus de-
trahes, post iterum atq; iterum pro laborantibus ui-
Frictio. ribus. Frictio etiam infernarum partium, brachiorũ
uidelicet, manuum, fœmorum, inguinum, ac pedum,
potissimum per ea medicamenta quę calefaciunt, ad-
hiben-

benda. Preterea uincula ualentius adducta, iis remediis quę reuellunt adnumeranda sunt. Sanguiné deniq; è naribus erumpentem retinent magnę in hypochondriis defixę cucurbitę. Infigendæ auté sunt, si ex dextra nare profluit sanguis, super iocinore: sin ex sinistra, super liene: si ab utraq; nare, super utroque sunt imponendę uiscere. Scapulis etiam cú scarificatione applicandę sunt. His peractis, medicamenta quę refrigerant & adstringunt, intra & extra corpus adhibenda erunt. Extrinsecus itaq; apponenda fronti & commissurę coronali sunt, epithemata ex succo plantaginis, lactuce, acetosę, bursæ pastoriæ, polygoni, & similibus. Mirifice uero confert, si linteolum in aceto madefactum frigidum, iterum atq; iterum fronti & ceruici admoueris. Frons etiam spógiis ex aqua frigida fouenda. Proderit etiã hoc epithemate iocinori & fronti imposito uti, quod. ℞. Aquarum rosarum, solani, oxalidis (hoc est acetosæ) plantaginis. añ. ℥. iii. aceti. ℥. i. s. specierum diatrisandali, diarhodon abbatis. añ. ʒ. s. boli armenię, eboris usti, lapidis ęmatitidos. añ. ʒ. i. misce, fiat epithema. Hoc etiam obstruenti medicamento, quod Gal. lib. 5. Ther. meth. optimú eé inter omnia alia asserit, uténdum, quod. ℞. Thuris. ʒ. ii. aloēs. ʒ. i. Redacta in puluerem cum oui candido subigantur, donec ad mellis crassitudinẽ redeant: dehinc leporis mollissimo pilo excipiantur, & admoueantur. Licebit etiam linamentum contortum hoc medicamento imbutú naribus indere. Mentam porrò tritam in nares coniicere proderit. Aut spongiam in acre & feruidum acetú coniectum, forinsecus ad sanguinem profundentẽ narem apponere. Aliud. ℞. Putaminis oui. ʒ. ii. gallę omphacitidis. ʒ. i. trita linaméto torto aqua aut aceto madefacto excipito, & indito. Frontem uero & nasum gypso albumine oui madefacto integere confert. Aures quoq; ualidè linteis & cera obturare, &

Ligaturæ

Cucurbitæ

Medicamẽta refrigerantia & adstringẽtia.

Epithema.

in ore aquam pluuialem frigidaȝ continere. Succu etiam folioruȝ urticæ linamento impositus, sanguinem ex naribus erumpentem reprimit. Idemqȝ etiam potest caudę equinę succus, aut ipsamet trita applicata. Cochlearum carnem cum aceto tritam, aut easd cum suis domiciliis ustas tritasq́;, fronti ac naribu ex aceto admouere conuenit. Supra omnia confert sanguis, qui ex ęgrotantis promanauit naribus, si in uase figulino tostus fuerit, de quo. ℞. ℥. iii. boli armeniæ, gypsi. añ. ℥. i. caphurę. ʒ. i. cum oui candido ⁊ exiguo aceto reducantur ad mellis crassitudineȝ, ⁊ fronti imponantur. Necessitate urgente, grana duo aut tria opii adiicere licebit. A tota substantia stercu asininum exiccatum, ⁊ in puluerem redactum, con ducere uidetur. Id quod porcinum etiam efficere potest. Intra corpus adhibenda ea quę infrigidant ⁊ adstringunt medicaméta, ut sunt syrupi rosaceus, myrthinus, ⁊ nymphegę, ⁊ de papauere. Conserue rosarũ nymphegę, ⁊ oxalydis. Pastilli de terra sigillata, de succino, de ebore seu spodio, cum succis paulo ante commemoratis. Porrò si quid interea ex sanguine ab sorptum esse uideatur, etiam idipsum ubi multa eius sit copia, per medicamentum quod uacuare potest educito. In uentre enim ⁊ intestinis in grumos coactum, incensionem facit.

Quæ adhibenda intra corpus

De dolore dentium. Cap. XXIX.

Causæ.

Fit interdum ab intemperie uel frigida uel calida interdum uero propter defluxum humorum ex capite in radices eorundem, qui sua acrimonia illos aut erodunt, aut consimilem in eis passionem sua copia excitãt, qualis est circa carnosas partes inflammatio. Si à nuda qualitatis intemperie dolor ortus sit, minime grauatiuus erit. Sin ab humore copioso influente, non solum grauatiuus dolor in dentib. sentitur, uerũetiaȝ in reliquis partibus quas per-

Signa.

insit. Calidus autem humor uehementiorez, frigi
s uero remissiorem mitioremq; dolorem excitat.
Victus ratio, quę maxime ne dolor accidat efficere Victus.
test, talis sit, ut supra moduz calida aut frigida de
tentur: potissimum uero cauendum, ne statim sese
quantur. Vitanda acida, acerba, & uiscosa omnia.
ictis etiam frequens usus dentibus mirifice obest.
tudium & diligentia assidua sit in purificatione dē
um, quę sanè res eos à corruptione omnium maxi
ne tutos reddit. Vtendum cibis boni succi, & conco
u facilibus. Dolore autem infestante, iuxta causæ
iuersitatem uictus instituatur. Curandi ratio, si à Curatio.
uda sit qualitatum intemperie, solis iis quę altera-
e possunt medicamentis perficitur. Si à frigore, pro
ferit uino tepido colluere dentes. Extrinsecus ma-
illæ calefacietibus oleis, chamęmelino, rutaceo, iri-
no & similib. inungantur. Ad oris etiam collutionē
n aceto decoquenda erunt origanum, calamintha,
hyssopus, pulegium, satureia, uerbenacę rectę radix,
& similia. Sin à colore dolere dētes cœperint, in ace
to decoquere conuenit portulacam, parietariã, sem-
peruiuum minus, & glycyrrhizam. Quod si intolera-
bilis existat caloris sensus, utendum est seminibus la
ctucę, intybi domestici, & papaueris hortensis, deco-
ctis in aceto. Forinsecus oleis frigidis partes inungē
dę. Porrò si à redundantia humorum dolor excita-
tus fuerit, si ętas, tempus anni, & alia permiserint, ple-
nitudoq; corporis affuerit, à sanguinis missione cu
ratio inchoanda erit. Detrahendus autez sanguis ex Venæ se
humerali uena, quę è directo affectum locum respi- ctio.
cit. Quo peracto, uenas sub lingua incidere opz, aut
scapulis cucurbitas affigere. Si uero unus duntaxat
humor exundauerit, medicamento quod eu; humo
rem purgare consueuit euacuetur. In quem usuz cly Purgatio
steres etiam, qui ad inferiora auertunt humorum im
petum, adhibere licebit. Vacuato corpore, ea quæ
E iii repri-

Reprimentia. reprimunt medicamenta admouebis: ut sunt, succi plantaginis, rosarum, portulacę, lactucę, intybi domestici utriusq;, aut prędictarum herbarum decocti cum modico aceto. Prodest uero mirifice, dolentes dentes acri aceto calido cu3 galla immatura collu re. Adiicienda etiam interdum erit caphura. Emplastrum quoq3 ex farina ordeacea, cum decocto solani, halicacabi, & lactucę confert. Inungendę etia3 uicinę partes extrinsecus oleo rosaceo, nymphęę, exiguo caphurę adiecto. Principio morbi iam transacto, reprimentibus admiscenda erunt discutientia Discutientia. ut est decoctũ fœnigręci, seminis lini, pyrethri, & hyssopi. Ad stupefacientia, nisi summa urgente necessi Stupefacientia. tate, non est perueniendum. In hunc autem usu3 adhibebis decoctum seminis aut foliorum hyoscyami cum aceto. Philonii etiam drachma una in aqua aut uino diluta, non parum auxilii confert. Inter ea tū Quæ a tota essentia conducunt què à tota essentia conducunt, egregie facere fertur rane in aqua & aceto probè coctę decoctum, diutius ore retentum. Pręclare prodest etiam senecta sepentis, in uino aut aceto cocta. Eadem quoq3 usta ac trita, cum oleo ad mellis crassitudinem redacta, dẽtiq; imposita dolenti confert. Ipsa deniq; non usta dentibus adfricta, non parum conducet. Origanum pręterea dentium dolorem lenit, & protinus tollit, si redactum in puluerem cum nitro inspargatur. Quod si uero prędicta nihil contulerint, dens aut ferro aut medicamentis auferendus erit. Quę autem sint medicamenta ea quæ citra dolorem & absq3 ferro dentem extrahere queunt, docet Aëtius lib. 8. Cap. 34.

De aphthis. Cap. XXX.

Aphthe. Ἄφθαι, ulcerationes quæ in superficie oris accidunt, ignee caliditatis quippiã habentes, Græcis appellantur, q̃ nunc subalbidę, nunc subrubrę sunt: aliàs crustę modo nigrescunt, & hę omniu3 pericu-

periculosissimę existunt. Barbari hunc affectuȝ alcoram nominant. Fiunt utplurimum infantibus puerisq; lactentibus, quum aut uitiosum fuerit lac nutricis, aut non probè ipsum concoxerit infans. Fiũt etiam aliquando in his qui ad perfectam ętatem peruenerunt, tum propter uitiosorum humorum ad os defluxum, tum propter acrimoniam eorum quæ bibuntur ac comeduntur. Cognitio omniũ facilis est, utpote uisui ac tactui subiecta. Ad tactum quidem, calidiores quàȝ conuenit partes fiunt, tumoresq; excitantur. Visu uero, ex colore cognoscuntur. Quæ enim rubicundiores existunt, sanguinei humoris dominium indicant: flauiores, bilis amarulẽtę: albidiores, pituitę: liuentes uero & nigrefactę, bilis atræ. Causa. Signa.

Quę infantibus accidunt, facile curantur, utpote q̃ ex moderate adstringentibus sedantur. Infantibus uero ea potissimum conueniunt, quę in cibis offeruntur. Oportet itaq; miscere cibis aliquid ex malis cotoneis, & aliis acerbis, pirisq; ac mespilis. Aliquando etiam lactucę quiddam & intybi, ac portulacę cibo admiscendum est inflammata uidelicet ulceratione existente. Conuenit etiam lens cum aceto & aqua decocta, cum modico pane commanducata. Quod si infans ipse cibum capere haud possit, nutriceȝ eius huiusmodi uictu curare oportet: necnon infantium ora medicamentis conuenientib. illinire. Si quidem subrubrę infantiuȝ ulcerationes fuerint, à principio his quæ mediocriter adstringunt & refrigerant, est utendum. Si uero subflauæ fuerint, iisdem quideȝ utendum, sed magis refrigerantibus. Si pituitosiores, adstringentibus. Si nigriscentes, iis quę generosius discutiunt. Sufficit itaque pro iis rosarum flos, ipsaq; rosarum folia sicca contusa, galla, & thus, cum mulso aut melle rosaceo illita. Collutiones etiam oris ex succis rosaruȝ, plantaginis, solani, aut decocto gallarum, balaustiorum, rhoẽ obsonio- Curatio infantium

rum,admixto R ob de ribes,aut confectione diamo
ron,prosunt.In eis qui iam perfectę ętatis sunt, du
Curatio adultorum. rioraq; corpora habent,efficatioribus remediis uti
mur. Primum itaq; quod ad uictus rationem atti
Victus. net,qui in hac ętate constituti,ab omnibus quę sal
sa & acria sunt, quæq; uitiosos succos progenerare
Venæ sectio. possunt,abstineant.In plenitudine totius corporis
primum uenę humeralis,& dein earum quę sub lin
gua sunt,sectio fiat.In cacochymia,humoris redun
Purgatio dantis purgatio conuenit. Qua peracta,medicame
ta quibus adstringendi & reprimendi facultas inest
adhibenda erunt.Deinde,uero ea quę citra mordac
tatem discutiunt,ut est fœnumgręcum, glycyrrhizæ
radix,melilotum, & alia prius sępe commemorata
In his uero omnib.corporum naturas contemplar
opз,nuз molles sint & humidę,uelut in pueris,eunu
chis,& mulierculis;an durę & aridę,uelut in piscato
ribus,nautis,uenatoribus atqз agricolis.Fortiorib.
enim corporibus fortiora adhibenda medicamenta
mollioribus imbecilliora. Atqui si exulcerationes
putrescere incipiant,maxime in infantibus,pręclare
facit ex decocto gallarum & melle illitio. Gallas
itaqз contusas aqua decoqз,& cum decocto pcola-
to parem mensuram mellis pmiscens,rursus decoq;
donec ad mellis crassioris spissitudinem redigatur,
eoq; ut maximo remedio utere,ita ut locis illitũ sa
tis diu digitis adfrices.Nec minus egregie facit cen-
taurii minoris exusti cinis illinitus cum melle.Cor-
nu etiam ceruinum ustum,tritum,& adfrictum,miri
fice conducit.Ad aphthas q̃ proserpunt, summè effi
cax est fœniculi radix usta per se, & cũ melle illita.

De foetore oris. Cap.XXXI.

Causa. MOlestus oris odor primũ ob putrescentes gin
giuas,dentes,aut ciborũ reliquias illic deten
tas accidit.Deinde pp cutis oris calidaз intem
periem,

eriem, humiditatem, quę in eo multa est, corrumpẽ
em. Interdum etiam ob humorem corruptum aut
utrefactum, in ore uentriculi hęrentem. Nonnun-
quam uero oris aut pulmonis exulceratione fit, ut molestus sit oris halitus. Si propter putrescẽtes uel gingiuas uel dentes, uel ciborum reliquias oris fœtor accidit, facile uisu aut de ęgroti sermonib. deprehendi potest. Si ob calidam cutis oris intemperiẽ, tuz calor in ore sentitur, ac sitis adest. Si propter os uentriculi, tunc ante cibi sumptionẽ pręcipue oris odor molestus esse solet. Oris ⁊ pulmonis exulcerationes uisus etiam agnoscit. totius enim corporis extenuatio phthisicos concomitatur. Victus ratio talis sit, ut omnia quæ facile in orę aut uentriculo corrumpuntur, euitet ęgrotus: lac, pisces, fructus omnes, medullas, ⁊ pinguia, aquas prauas, ⁊ similia. Vtatur potius cibis boni succi, potissimum uero assis. In cœnę ⁊ prandii fine adstringentibus, piris, cotoneis malis, ⁊ eiusmodi. Potus iuxta causę diuersitatez sit uel uinum, uel cinnamomi aut hordei decoctum. Somnũ statim à cibo fugiat. Si propter gingiuarum aut dentium corruptionem fœtor oris acciderit, corporisq; plenitudo fuerit, ex uena humerali primum sanguis mittendus erit, ⁊ dein cucurbitulę ceruici affigendę. Sin cacochymuz fuerit corpus, medicamẽto idoneo humor redundans ac molestãs uacuandus erit. Corpore uacuato localibus utenduz: in quem usum collutiones mirifice conferunt, qualis hęc est, quæ. ℞. rosarum rub. plantaginis. an̄. M, 1. s. gallarum, balaustia. nucis cupressi. an̄. ʒ. ii. corticum granatorum. ʒ. i. s. aluminis liquidi, rochę nominant. ʒ. i. Decoquantur in aqua sufficiẽti, usq; ad tertię partis absumptionem. Colaturę adde mellis rosati colati, rob nucum uiridium. an̄. ℥. s. diamoron. ʒ. ii. fiat collutio, cum q̃ calida dentes ⁊ gingiuę colluantur. Proderit etiam frequens collutio ex aqua, cui acetuz sit permixtuz,

Signa.

Victus.

Curatio.

Venæ sectio.

Purgatio

Localia.

Collutio

mane

mane & statim à cibo. Non parum etiam confert cō manducatio pyrethri, tamaricis & rutę. Collutio item ex aceto scyllitico, aut decocto saluię, aut cum solo uino. Decoctum mentę ex aceto & aqua iuuat, si illo assidue os colluatur. Si à calida intemperie fit oris fœtor, contrariis curetur medicamentis. Sin ab humore in ore uētriculi corrupta accidit, per ea quę humorem illum uacuare possunt sanetur. Commode autem per uomitum uacuabitur, qui iis quę Cap. 20. diximus, concitandus medicamentis uenit. Dein confectiones stomachum roborantes, ut est aromaticum rosaceum, diambre, miuaq; cotoneorum exhibenda. Medicamenta uero quę in omni causa competere solent, sunt gariophylli, masti che, macer, lignum aloës, cinnamomum, rosæ, santali, nux myristica, cubebæ, & alia eiusmodi.

Si à calida intemperie.

LIBRI PRIMI FINIS.

[redacted]
DE MEDENDIS SINGVLA rum corporis partium à summo capite ad imos usque pedes passionibus.

LIBER SECVNDVS.

De Columellę Inflammatione. Cap. I.



ARNOSA Quędam particula in summo ore appet depēdens, si quis aperto plurimum ore toto linguaꝫ deprimat. Hęc ueteribus Gręcis duob. appellatur nominibus, γαργαρεὼν ꝛ κίων, idest, gurgulio ꝛ colūna. Posteriores autem ferè omnes κιονίδα, hoc est, columellaꝫ uocát. Sępe admoduꝫ inflammatione afficitur, id quod ex influxu humorum ad illam contingere solet. Visu apprehenditur potissimum passio, acceditq́; in degluttiendo difficultas, dolor, tumor partis patientis, ꝛ febris. Victus ratio talis sit, qualis in cęteris ferè inflammationibus. Conuenit autē pręcipue quies, inediaq́;. Curandi uero ratio si plenitudo affuerit, ętasq́; ꝛ alia permiserint, à uenę sectione auspicāda erit. Incidenda auteꝫ primū uena in cubito exterior, quam humeralem uocant, deinde ea quę sub lingua est. Aluus etiam clysteribus subducenda, ut hac ratione non tantum uacuentur, uerumetiam auertantur à loco patiente, humores confluentes. In quem usum etiaꝫ conuenit scapulis affigere cucurbitulas. Neqꝫ hic negligenda sunt auxilia quę fluxum reprimunt, qualia sunt quib. adstringendi facultas inest.

Columella quid. *Causa.* *Signa.* *Victus.* *Curatio.* *Venæ sectio.* *Auersio.* *Reprimentia.*

Vten-

Gargarisma. Vtendum itaq; hac collutione, quę. ℞. Succi rosarum, plantaginis, prunellę, oxalidis, solani. an̄. ℥. i. diamoron, rob de ribes. an̄. ℥. s. rob de oxyacanth quam berberim uocant. ʒ. ii. aceti in quo rhus, hoc est sumach, maceratus sit. ℥. i. succi malorum granatorum. ℥. s. misce, fiat collutio. Vel hoc gargarismum quod. ℞. Rosarum rub. rubi. an̄. M. i. balaust. corticis malorum punicorum, gallarum, glandium. an̄. ʒ. iii. s. rhois, hoc est, sumach, hypocistidos. an̄. ʒ. i. s. oxalidis, se. citoniorum. an̄. ʒ. i. Decoquantur in lib. i. aquę fontanę, dum altera pars absumatur. Colaturæ adiice diamoron. ℥. i. rob nucum uiridium. ℥. aceti optimi. ʒ. vi. misce, fiat gargarismus. Et iis quidem in principio utendum: & tum maxime, ubi affectus non habuerit maiorem causam, nec ægri corpus multis humoribus refertum fuerit, aut particula affecta natura debilis. Sin contra acciderit, sępe quid in principio, sępe uero paulopost, id est, in tertio die quippiam ex discussoriis commiscendum erit, ut est semen lini, fœnigręci, & altheæ, radix iridis, atq; me Omnia autem hęc tepida sunt exhibenda: frigus enim non tolerant inflammata. Si uero in uigorem peruenerit passio, gargarisset decoctionem furfurum calidam, aut decoctum glycyrrhizæ, hyssopi & ficuum hęc enim non solum discutere, uerumetiam mitigare malum possunt. Extrinsecus proderit, spongiis oleo amygdalino madefactis & expressis fouere cervicem. Aut lana mollis oleo tincta, collo circumponenda. Cataplasmata quoque ex farina hordei, aut semine lini, aut fœnigræci, aut ex iis simul mixtis admouenda.

De angina. Cap. II.

Κυνάγχη. Κυνάγχη καὶ συνάγχη Gręcis, Latinis uero angina, proprie est inflammatio, quę in gutture uel faucibus fit: sic dicta ἀπὸ τοῦ κυνάγχειν ἢ συνάγ-

χειν

θν, hoc est, à suffocando, quoniã pestiferum & acutissimum sit malum, quod strangulatu præsentaneũ uitę discrimen inferre solet. Hippocrates tamen & alii ueteres, omnes passiones iis locis accidẽtes, quas spirandi difficultas comitatur, anginę nomine appellant. Suntq; eius proprie loquendo quatuor differentię. Vna, ubi fauces inflammantur. Altera, quum neq; fauces, neq; reliquę oris partes, neq; etiam externarum partium ulla inflammata uidetur, ęger tñ suffocationis periculũ in gutture sentit. Tertia, ubi gutturis partes tum externę tũ internę similiter inflammantur. Quarta, ubi ad anteriorem regionem ceruicis uertebrę luxantur, unde cauus apparet locus, & dolorem quum tangitur ęger sentit. Recentiores, ut Paulus lib. 3. Cap. 27. & alii quidam, inter cynãchen & synanchen, item paracynanchen & parasynãchen, discrimen fecerunt, quod tamen Galenus lib. 4. de Locis patientibus Cap. 5. reprehendit. His itaq; συνάγχη dicitur inflãmatio, quę in interioribus faucium musculis oritur. Quæ uero in exterioribus earundem musculis fit, παρασυνάγχη iisdem nominatur. Eodem modo & in gutture se habet. Si enim interiores eius musculi inflammatione conflictentur, κυνάγχη: si autem exteriores, παρακυνάγχη his ipsis appellatur. Oriuntur à sanguine copioso ac calido pręter naturam ad loca iam cõmemorata confluente. Cognoscuntur iis notis. Spiritus non nisi recta ceruice, aut difficulter trahitur. Nõnullis febris oritũ dolor, faciei rubor, & colli. Ad hęc tumor etiam in quibusdam superuenit. Aeger ore hiat: cibũ non deuorare, non potionem potest. In principio itaq; pceps ac compendiarium auxilium omnis angina reqrit. Protinus igitur cubiti uenam exteriorem eiusdẽ lateris incidere oportet, nisi quiddam maioris periculi impediat. Parcè autem, & pluribus interpositis uicibus, non uniuersĩ, sanguis auferendus. Quippe cumulata

Παρασυνάγχη. Κυνάγχη Causa. Signa. Curatio. Venæ sectio.

mulata uniuersumq́; facta uacuatione, anima ipsis deficiente, suffocationis periculum superuenit, dum materia in affectam partem ubertim prorumpit. Curandum etiam, ut modica fiat uenę diductio. Nam quum in aliis, tum in magnis uenę diductionib. aceruatim animi defectus irruit. Neq; tamen angustiorem facere uene incisionem conuenit, ne sanguis uelut percoletur, & crassior eius pars intus remaneat, quæ causa huius passionis existit. Si per hęc parum proficitur, eas quoq; uenas incidere cōuenit quæ sub lingua sunt. idq́; primo statim die. Quod si quid uenæ

Clyster. incisionem fieri prohibeat, aluus acriore clystere q̄lem in Cap. de Apoplexia descripsimus, subduci de-

Cucurbitæ bet. Post uniuersales autem euacuationes, cucurbitas apponere oportet. Et si quidem tumor circa maxillas, aut sub mento persistat, in ipsum tumorem, & cum scarificatione plurimum sanguinem extrahere, saleq́; respergere scissuras, & confricare. Quod si nullus extrinsecus appareat tumor, retro in collo iuxta primam uertebram cucurbita infigenda erit, & cōstanti attractione utendum, frequentiusq́; cucurbi-

Auersio. ta auellenda. Auertendi etiam humores, ne ad locum affectum confluant. In quem usum pedes aqua calida foueri debent, extremę partes ualide deligari & fricari. Collum quoq; lanis oleo calido imbutis

Gargarismi. contegatur. Gargarizandum etiam statim per initia ex iis quę Cap. 1. de Columellę inflammatione dicta sunt. Cum morbus uiget consistitue, iis quibus discutiendi uis inest utendum propere pręsidiis, ut est decoctum fœnigręci, ficuum, passularum, glycyrhizę uel ualentiorum, iridis radicis, hyssopi, nigellę, abro

Gargarisma. tani, cum oxymelite. Tale itaq; gargarisma, proderit quod. ℞. Glycyrhizę decorticatę. ℥. i. passularum. ℥. s. ficuum aridarum numero. vi. fœnigręci. ʒ. ii. hyssopi abrotani. an̄. M. s. Coquantur in lib. i. aquę fontanę, usque ad medietatis consumptionem. Colaturæ adiice

llice mellis rosacei colati.℥.i.s.oxymelitis simpli-
s.℥.i.misce,fiat gargarisma.Item stercus caninũ ari
um contusum,⁊ cum melle perunctum,præstantis-
ssimum est remedium. Atq; huius generis albuz ma
ime,tum hirundinum similiter cinis efficax est. Fo
s ceruici etiam adhibeantur, quę discutere ualent
taplasmata ⁊ emplastra,quale est quod. ℞. Farinę
eminis lini,fœnigręci,hordeaceę.an.℥.i.se.altheę.3.
.maluę,flor,camomillę,meliloti.an. M.i. ferueant
n aqua,donec mollescant:dein in mortario contũ
antur,adiectis oleorum chamęmelini, liliorum al-
boruz.an.℥.i.s.fiat cataplasma.Non inutile est,si col
um oleis chamęmelino,anethino,liliaceo inunga-
ur,aut decocto fœnigręci,meliloti,chamęmeliq; fo
eatur. Qui angina infestantur,triduo aqua mulsa
pro cibo utãtur:inde ptisanę cremore per se,aut cuz
uaui quadam potione. Pręditus enim est is succus
faculta e extenuandi,discutiendi,alendi, ⁊ refrigerã
di.Deinde ubi inflammatio imminuta fuerit, ⁊ ęgri
melius iam deglutire cœperint,ouo℞ lutea perliqda,
ac sorbitiones ex alica exhibebis.In summa,cibi ęgri
uiribus respondeant:ideoq; immodica alimenta ui-
tanda.Somnus quoq;,ut in omnib. aliis inflamma-
tionibus,sic in angina omnium maxime fugiendus.
nã Hippo.teste,sanguis in summo intrò magis repit.

Cataplasma.

Victus.

De tussi. Cap. III.

TVssis uarię sunt causę.Nam intemperies frigi-
da respirationis instrumentorum tussiz efficit.
Humor etiam à capite in asperam arteriam de-
stillans,⁊ sola asperitas membranæ asperam arteriã
intrinsecus ambientis,tussim irritant. Qui pręter la
buntur etiam potus ⁊ cibi,tussim mouent.Lumbrici
quoq; stomachum infestantes,tussiculas paruas exci
tant. Acris deniqz humor stomachũ perturbans,ac
irritatiuã aliquã qualitatẽ ad fauces demittens,tus-
sim

Causæ.

sim producit. Humor etiam in pulmone & thorace detentus, in morbo laterali, inflammatione pulmonis, & tabe, maximę tussis causa existit. In summa, quicquid asperam arteriam exasperare potest ueluti fumus, puluis, & eiusmodi, tussis causa esse potest. Signum autem ob solam intemperiem frigidam tussientium est, si per crebras inspirationes irritentur, frigiditate uidelicet exinde intensiore facta & aucta. Facie denique sunt pallida, siti nulla premuntur, calidis optime, frigidis male afficiuntur. Moderate & minime uiolenter tussiunt. Id quod. 6. Epid. 2. par. Apho. 12. sic scribens testatur Hippocrates: Tusses siccæ, leuiter irritantes, non à maligno, sed uento potius accidunt. Id uero hinc manifestum fit, quando loquũtur, aut os aperiunt, tunc tussiunt: cum uero nõ, minime. Quæ uero cum titillatione partium ab utraque palati parte contingunt tusses, palàm ostendunt defluxum à capite ad asperam arteriam deferri, itemque ad pulmonem. Id quod ex difficili, quæ comitatur, spiratione deprehẽditur. Quod si sic affecti nihil expuant, tenuem defluxum indicat, qui expulsione spiritus dissectus, præ tenuitate sua rursus fluxum reflectit.

Signa.

Victus.

Ratio uictus iuxta causarum diuersitatem uariabitur. Si enim ex frigida intemperie instrumentorum respirationi deseruientium orta fuerit tussis aër & uentus, cibi & potus frigidi uitandi erunt. Si n ob humorem à capite destillantem excitabitur, talis sit uictus ratio, qualem suprà in Cap. de Destillatione descripsimus. In uniuersum uero salsa, acria, & quęcunque arteriam exasperare ualent, uitanda.

Curatio

Tussis ex frigiditate orta, per ea quę instrumenta respirationis calefaciunt curabitur. Ceruix itaque lanis calidis uestiatur, raro inspirandum, adeò ut non solum per spiritus compressionem retinere queant ægrotãtes & impedire tussim, sed sanare etiam sępissimę, per respirationis inhibitionẽ frigefactas particulas calefaciendo.

endo. Quapropter si hi leniter inspirant & aërez at
ahunt, ac in calida domo uersantur, parū uel om-
ino nihil tussiunt. Thorax etiam calidis unguētis,
t est oleū irinum, liliorum alborum, anethinum, &
iusmodi. Si uero humor tenuis & acris ex capite in
horacem destillans tussim excitauerit, tu3 per cibos
otis. boni succi, & per medicamenta quę refrigerāt,
pissant, & acrimoniam mordacitatemq; arcent & ob
undunt, curabitur. In hunc sanè usum conuenit ex
hibere syrupum uiolaceum, nympheę, de papauere,
confectiones diatragacanthę, diapenidii sine specie-
bus pilulas bechicas, & eiusmodi. Item ea etiam medi
camenta, quę à ueterib. dolorem leuantia & arteriaca
dicūtur. de quibus Galenus copiosissime scribit lib.
7. de Comp. medi. secundum locos. Potissimum au-
tem hoc conferet, quod. ℞. Conseruę uiolarum, &
nympheę. añ. ℥. s. diatragacanthę frigidæ, diapenidii
sine speciebus. añ. ʒ. vi. succi glycyrhi3æ. ʒ. ii. pilula-
rum bechicarum. ʒ. i. styracis calamitidis. ʒ. i. s. myr-
rhæ, rosarum siccarum. añ. ʒ. i. tragacanthę, nucū pi-
nearum. añ. ʒ. s. cum syrupo uiolaceo quod satis est,
fiat ecligma. Conueniunt etiam quæ suprà in Cap.
de Destillatione dicta sunt. Si autem crassus aut ui-
scosus fuerit affligens humor, per ea quæ extenuant
& incidunt medebimur. Exhibebimus itaq; syrrupos
de glycyrhi3a, de hyssopo, de prasio, de calamintha,
& similes. Aut decoctum hoc, quod. ℞. Radicum iri-
dis, petroselini, glycyrhi3ę. añ. ℥. i. radicis inulę cam-
panę uocatæ. ℥. s. caricarum numero. vii. passularum
mundatarum. ℥. i. se. urticæ, anisi, fœniculi. añ. ʒ. ii.
hyssopi, adianti, scabiosę, prasii. añ. M. i. s. agarici op
timi. ʒ. iii. Decoquantur in aqua fontana iustæ quā-
titatis, donec tertia pars absumatur. Dein colentur,
& colaturæ adiiciantur syrupi de hyssopo, de pra-
sio. añ. ℥. ii. s. misce, fiat potio. Posthæc, si uidebitur
utile, corpus per ea quę crassos & glutinosos humo-
F res

Tussis à tenuibus & acrib. humoribus curatio.

Ecligma.

Tussis à crassis & uiscidis humoribus curatio.

Decoctū

Purgatio

res purgant, uacuandum. Inter alia uero multa quæ suprà dicta sunt, unice cõfert agarici dilutum, quod sic fit. ℞. Agarici electi. ʒ. ii. ʒingiberis. ℈. i. salis gemmæ gr. iii. macerentur per noctem in uini albi odoriferi. ℥. ii. ſucci abſinthii & fœniculi. añ. ℥. i. Mane colentur & exprimantur, & diſſoluatur in iis ecligmatis indi. ʒ. ii. oxymelitis ſcyllitici. ℥. s. & fiat potio. Vacuato corpore ecligmata (quæ officinis Loch appellantur) exhibenda, de pino, ſanũ & expertum, de ſcylla, diairis ſolomonis confectio, & ſimiles, quæ ſingula in hunc modum coniungenda ſunt. ℞. Loch de pino ſani & experti, de ſcylla. añ. ʒ. ii. s. diairis ſolomonis ℥. i. trochiſcorum pectoralium. ʒ. i. s. pulueris diapenidii cũ ſpecieb. ʒ. i. pulueris radicis inulæ, iridis. añ ʒ. ii. s. ſucci glycyrhiʒæ. ʒ. i. s. cum ſyrupo de praſio quod ſatis eſt, fiat ecligma. Thorax extrinſecus inungatur oleis calidis liliorum alborum, irino, amygdalarũ dulcium, adiectis pinguedinib. & aliis, in hunc quidẽ modum. ℞. Oleorum liliorum alborum, amygdalarum dulcium. añ. ʒ. iii. pinguedinis gallinæ. ʒ. i. butyri recentis. ʒ. ii. muci fœnigræci, radicis altheæ. añ. ʒ. i. s. ſtyracis calamitidos. ʒ. s. pulueris radicis inulæ, iridis. an. ʒ. i. croci. ℈. s. cum cera quod ſatis eſt, fiat unguentum. Reliqua quæ ad tuſſis curationem requiruntur, ex Capite de Deſtillatione petenda erunt.

Agarici dilutum.

Loch.

Vnguentum.

De aſthmate. Cap. IIII.

QVi citra febrem crebro reſpirant, quemadmodum ſolent qui citatiore curſu fatigati ſunt, eos medici Græci Aſthmaticos, Latini Anheloſos & ſuſpirioſos uocare ꝯſueuerũt. Eoſdem etiam propterea quod thoracis corpus penitus rectum habere coguntur, ob ſuffocationis timorem, orthopnoicos nominant. Fit autẽ aſthma, quũ aut craſſorum humorum ac uiſcoſorum multitudo pulmonis bronchiis fuerit infarcta, aut tumor quiſpiam

Aſthmatici.
Suſpirioſi.
Orthopnoici.
Cauſæ.

piam

m abſceſſui ſimilis in ipſo cõſtiterit. Similiter au
n difficulter ſpirant,qui aſperam arteriam à mul- *Signa.*
deſtillatione habent repletam. Facile autem inui
m hę paſſiones diſtinguuntur. Naꝫ deſtillatio etiã
nis ex manifeſta cauſa repente accidit,in totum ſe
citra febrem,concomitantibus etiam propriis de-
llationis ſignis. Si uero tumor abſceſſui ſimilis in
ulmone fiat, neceſſariò febris conſequitur: neque
a diu poſt,inflammatione in pus tranſmutata, pus
iicitur cum tuſſi. Si autem crudum tuberculum gi
natur,hi neqꝫ grauitatem magnam ſentiunt,neque
ifficultate ſpirandi admodum infeſtantur. Qui ꝑ-
rie aſthmatici ⁊ orthopnoici appellantur,in totum
ebrem non habent grauitatis uero ſenſus eis con-
ingit,neqꝫ quippiam purulentum per ſputum reie-
ctant. Victus ratio in uniuerſum calida ⁊ ſicca ſit. *Victus.*
Vitandus itaque aër frigidus ⁊ humidus. Vtendum
carnibus perdicum,auicularum montanarum,galli-
narum,caponum,⁊ ſimilibus. Fugiendi piſces, fru-
ctus,item legumina,⁊ omnia alia quę craſſos ac glu
tinoſos humores procreare poſſunt. Vtendum fre-
quenter hyſſopo,oreoſelino,⁊ fœniculo. Vini autẽ
potio ambabus conuenit affectionibus, ſaltem te-
nuis ſubſtantiæ. In uniuerſum autem paucus potus
conuenit,quibus abſceſſus oboritur: multus uero,
quibus bronchia tenacibus ⁊ craſſis humorib. ſunt
obſtructa. Etenim hos humores repurgantia medi-
camenta neceſſario tuſſes commouent. uerum non
facile per ſputuꝫ reiicitur ob craſſitudinem id quod
repurgatum eſt: humectatione igitur multa indi-
get,quo facilius efferatur. Exercitio utenduꝫ ante ci
bum at non ſubito,quod multi hac ratione extincti
ſint. Frictiones etiam thoracis proſunt. Fugiat ęger
iram,mœrorem,⁊ alias animum uehementer pertur
bantes affectiones. Porrò curatio prędictarum paſ *Curatio.*
ſionum quiddam commune habet,⁊ quiddam etiam

proprium. Commune quidem utrisq; ut redunda
tia humoris has passiones generantis consumatur
aboleatur. Proprium autem, ut si à crassis ac tena
bus humoribus fiat passio, per extenuantia & exte
gentia medicamenta sanetur. Si uero à tumorib. a
scessui similibus oriatur passio, p extenuantia & ex
cantia. Quę sanè curandi ratio omnibus in profi
do corporis abscessibus communis existit. In cras
itaq; & tenacibus humoribus, conueniunt extenu
tia & abstergentia citra uehementem calefactione
ab immodico siquidem calore, quemadmodū etia
frigore, prędicti humores magis crassescunt, cogu
tur, & contrahuntur, ita ut subinde difficulter aue
Præparatio. abstergiuè possint, Quapropter maxime prodest
oxymeli scylliticum, ipsaq; scylla assa, cum melle
ta & delincta. Syrupus item de glycyrhiza, de prasi
aut hyssopo, & decoctum quod suprà in Capite
Venæ sectio. Tussi commemorauimus. Quod ad euacuatione
attinet, si necessitas urgeat, uena in cubito media
aut interna ante hęc omnia incidenda, & tantum sa
Purgatio. guinis quantum uires patiuntur detrahendum. Si
corpus plethoricum non fuerit, facta humorum a
euacuationem pręparatione, medicamenta quę cr
sos & tenaces humores uacuare possunt, frequent
exhibenda. Cōueniunt in hunc usum pilulę de ag
rico, & cochię. Confectio diaturbit cum rhabarb
ro, ecligma Indi, diaphenicon. Dandum etiam dil
tū agarici, quod pręcedēti Cap. descripsimus. Aluu
quoq; clysteribus fortibus eluenda. Vomendū eti
per interualla ex sumpta radicula, & aliis quæ uon
tum mouent, de quibus diximus lib. I. Cap. 20. Int
rea dum frequentior fit purgatio, exhibenda etia
medicamenta quę sensim & paulatim extenuare
discutere humores in thorace possunt. Intro corpu
quidem, aristolochia rotunda, inulę & iridis radi
semen urticę, hyssopus, nigella, calamintha, & eiu
mod

odi, ex quib. decocta uel ecligmata construenda.
hunc usum loch, quę in Cap. de Tussi recensui-
us, conuenient. Thoraci forinsecus cataplasmata Cataplasmata.
x ficub. & hordeacea farina, cui adiecta sit resina, ce
a & mel imponenda. Vnguenta etiam & olea, magis
alefacientia, irinum, anethinum, & rutaceum admo
enda thoraci, in hunc confecta modum. ℞. Oleo- Vnguentum.
nethini, rutacei. an̄. ℥. iii. s. adipis anatis, gallinę. an̄.
. ii. radicis iridis, inulæ. an̄. ℥. i. se. lini. ʒ. i. styracis ca
amitidis. ℥. iii. cum cera quantum sufficit, fiat unguē
tum. Thorax tamen nunquam non antea fricandus
panno aspero, quo apertis meatibus facilius uis me-
dicamentorum ad profunda penetrare possit. Cæte abscessus curatio.
rum abscessus qui attenuantib. & resiccantibus indi-
gent, ut diximus, maxime aromatum gaudent facul
tatibus, quas omnes constat esse tenuium partium &
resiccatorias, nec non calefacere. Conuenient itaq;
tum theriaca, mithridatis confectio, diamoschi dul-
cis, aromatici rosacei, & similes.

De pleuritide. Cap. V.

Πλευρῖτις est inflammatio membranæ, intrinse- pleuritis.
cus costas succingentis. Fit ex sanguine co- Causa.
pioso calido, ut aliæ inflammationes, ad mem
branas prędictas præter naturam confluente. Huic Notæ.
accedit spirandi difficultas, tussis, febris continua,
dolor uehementer pungēs, pulsus durus, & serrę mo-
do asper. Et si sputum rubruz & cruentum fuerit, san
guinem superare significat. sin flauum & subpallidū,
flauam bilem. Quemadmodum rursus, si album fue-
rit, & leuiter spumosum, pituitam: nigrius uero, me-
lancholiam in sanguine præualere monstrabit. Suc- Victus.
co ptisanę primis duob. dieb. contentus in cibo sit
ęger. Dein cum ptisana amygdalę mundatæ & tritæ
decoquantur, idq; matutino potissimum tempore.
Vespere sumat lac amygdalarum, aut panis puri mi-

cas cum iure gallorum, maxime ubi ęgri uires imbecillas uideris. Pisces etiam saxatiles in declinatione potissimum morbi dare conuenit. Acerba & adstringentia omnia uitanda. Potus sit, aqua decocti cinnamomi. Frigidam aquam, quod sputum incrudescere faciat, uitabit æger. Decumbat in latus affectum, iramq; & mœrorem fugiat.

Curatio. Curandi ratio confestim à uenę sectione incipienda.

Venæ sectio. Secanda uero uena cubiti interna in brachio è directo posito. hæc enim non solum à loco affecto retrahit, uerumetiam euacuat, ut in nostra Apologia ea de re conscripta fusissimè demonstrauimus: id quod in pleuritide & aliis inflammationibus internis maximopere requiritur. Eousq; autem detrahendus sanguis, donec uel multo rubicundior, teste Hippocrate, uel pro puro rubido q; liuidus effluxerit.

2. Vict. a cut. 10.

Clyster. Dein clyster aluo infundatur leuis, si non ut conuenit, sua sponte deiiciat. qualis est qui. ℞. Malue, foliorum uiolarum, mercurialis, spinachię, intybi domestici utriusq;. añ. M. I. hordei integri. ℥. i. Coquantur in aqua iustę quantitatis, quoad tertia pars absumatur. ℞. Colaturę libram unam, casię recens extractę. ℥. i. s. oleorum chamæmelini, uiolacei. añ. ℥. i. s. butyri recentis salis inexpertis. ℥. s. salis communis. ʒ. i. misce, fiat clyster. Forinsecus à corporis uacuatione calorifica ac dolorem leuantia fomenta adhibenda erunt,

Fomenta. ut sunt sacculi ex floribus chamæmeli, anethi, meliloti, phlomi (tapsum barbatum nominant) seminibus lini & fœnigræci, milio & furfure compositi. Aqua etiam calida, aut decoctum prædictorum medicamentorum, aut olea calida in utre, uesica, uel uasculo adhibenda. Quinetiā utiliter admouetur spongia magna mollisq;, iam dictis rebus intincta, & subinde expressa. Vestienda uero fomenta sunt, ut eorum uis non celeriter euanescat.

Emplastrum. In hunc etiam usum conuenient emplastra, in eum modum composita. ℞.

Florum

lorum chamæmeli,uerbasci (tapsum barbatum uo
unt) anethi.añ. M.s.seminis lini, fœnigræci. añ. ʒ.
i.seminis anisi.ʒ.i.farinę hordei p.1. Buliant in aq̃
sq; ad mellis crassitudinem. Dein adiice oleorum
hamæmelini,anethini,nardini.añ.℥.i.s.Buliant de
uo,& addantur duo uitelli ouorum,croci.ʒ.i.& fi
t emplastrum.Post septimum diem,si eodem modo
lolor persistat,cucurbita lateri affigenda est,& cutis
carificanda. Manifestissima enim in pleuriticis uti-
itas ex cucurbitę appositione apparet. Vulnuscula
utem scarificati loci sale inspergenda,si ęgri sustine
e queant.in aliis uero linteolum oleo madefactum
c sale conspersum imponatur. Sequenti deinde à
scarificatione die optimum est, rursus cucurbitam
affigere,quo sanguis saniosus ex impactis uulnuscu
lis extrahatur. Non negligat etiam medicus exhibe
re intro corpus ea quæ ad sputi facilem excreatio-
nem faciunt medicamenta,ut sunt diapenidion,dia-
dragacanthum frigidum,saccharum uiolaceum,tro
chisci pectorales,adiectis etiam interduȝ loch,& aliis
in Cap.de Tussi commemoratis. Extrinsecus adhi-
benda medicamenta quib.discutiendi inest facultas
ut sunt fœnumgręcum,anethum,melilotum,hysso-
pus,& similia iam sępe commemorata. Quod si per-
mutationis in pus signa appareant,coadiuuare per-
mutationem oportet, hoc autem simili unguento:
quod.℞. Oleorum chamæmelini,amygdalarum dul
cium liliorum alborum.añ.ʒ.iii.butyri salem nó ex-
pertis,pinguedinis gallinę.añ.ʒ.ii.cerę quod satis est
fiat unguentum. Rupta phlegmone,ea quę extergẽt
atq; purificant à pure ac sanie exhibenda: ut est aqua
mellis,aut decoctum,hordei,aut sacchari rubei. Fa-
cta abstersione puris & saniei, glutinantia adhiben-
da medicamenta: de quib.omnib.in Cap. de phthisi
copiosè dicemus.

Cucurbita

Sputi eductionez facilem faciētia.

Suppurationem iuuantia.

Vnguentum.

De peripneumonia. Cap. VI.

Peripneumonia. Causæ. Signa. Peripneumonia est inflammatio pulmonis, cum febre acuta. Hęc plurimũ ex ualentibus in pulmonẽ destillationibus, aut angina, aut asthmate, aut pleuritide aliisuè morbis cõtrahitur. Aliquando etiam ipsa inflammatio passionis origo est. Hũc affectum subsequitur difficultas spiritus, febris acuta & ardens, grauitas distensioq; thoracis citra dolorẽ. Quod si pelliculę ipsius, quę cum thorace secundum longitudinem ipsius sunt connexę, fuerint inflammatę, etiam dolorem percipiunt. Malę in his rubent, nasus in summo fit simus, uenę temporum eleuantur, oculi intumescunt, prostratus est appetitus, linguę adest siccitas, aquę frigidę, magis autem aëris frigidi concupiscentia, expiratio calida, tussis sicca. Si uero quid efferatur, spumosum est ac biliosũ, ampliusq; cruentum & floridum uehementer.

Victus. Quod ad cibum attinet danda est peripneumonicis sorbitio ex ptisanæ cremore cum melle, origano aut hyssopo: magis enim quàm in pleuritide, extenuatoriis cibis opus est. Chondrus etiam seu alica cocta ex aqua mulsa iis conuenit. Potus exiguus sit quantitate, humiditas enim nocet pulmoni. Possunt uirtutis tuendę gratia, potissimum si suffocatio urgeat, uti mulsa per se, & cum nucleis pineis: aut mulsa in qua decoctum sit hyssopum aut iris sicca aquę mulsę inspergenda. In uniuersum autem uictus ratio eorum qui peripneumonia afficiuntur, eadem ferè sit quæ

Curatio. pleuriticorum. In iis qui ex aliis morbis in hunc incidunt affectum, sanguinis detractio uitanda est, maxime si diu malum hoc durauerit, uel si per initia sanguinẽ miserint. Aluus clysterib. ducẽda, si ęgre deiicit aut cucurbitulę, ubi nihil obstat, thoraci & lateribus admouendę sunt, eæq; pergrandes & multę, cute incisa. Sin autẽ peripneumonia statim ab initio inuaserit,

aserit, confestim uena in cubito interna secāda est, si sustinuerint uires, ex utroq; brachio sanguis extrahendus: primuz quidem modicus, & non usq; ad animi defectionem, ut uidelicet asseruetur ad repetē tam extractionem. Si uero quid prohibeat uenę sectionem, cucurbitulas certe uniuerso thoraci lateribusq; affigere opz iisq; tantuz sanguinis eliciendū, quantum uires patiuntur. Aut acri clystere aluum eluere conuenit ex decocto nimirum hyssopi, iridis, rutæ, adiiecta colocynthide, sale & aliis quę suprà in Cap. de Apoplexia dicta sunt. Posthęc curanduz ut sputi eductio quàm celerrime & facillime fiat. In quē sanè usum ea quę suprà in Cap. de Pleuritide memorata sunt ecligmata, unguēta, & emplastra cōueniūt, tantum in eo diuersa, quòd hic omnia ualentiora, & maiori extenuandi facultate prędita esse debent. Cōuenient itaq; loch, decoctum hyssopi & iridis, oleum rutaceum, nardinumq;, ceratum ex oleis iaz dictis, terebinthina, medulla ceruina, iride & hyssopo tenuissimè tritis ꝯfectum thoraci & lateribus impositum. Sputi eductio.

De cruento sputo. Cap. VII.

Αἱμοπτοὴς aut rectius αἱμόπτυσις, est sanguinis spuitio seu reiectatio. Fit ex causa interdum externa & manifesta, nempe delapsu ex alto, aut si grauius aliquod corpus thoraci inciderit, clamore magno aut frigore, nam id rumpere uenas scribit Hippocrates, & consimilibus: Nōnunquam ex occulta, ueluti plenitudine, aut oris uenarum apertione, aut earundem erosione. Venarum autem ora aperiūtur ob calidas dispositiones precedentes, ueluti si calidis balneis plurimis usus sit homo, habitetq; in calida regione, consimili existente maximè anni tēpore, cibis quoq; & potionibus calidis utatur. Ipsa uero uasorum erosio ex acribus contingit humoribus, sine à capite in pulmonem delabentibus, seu in ipso pul-

Αἱμόπτυσις. Causæ. 6. Epid. par. 3. Apb. 10.

pulmone generatis. Porrò sanguis modò ex thorace & pulmone, aut aspera arteria educitur: modo ex aliis locis, oris, aut gingiuarum, aut faucium, aut columellę, aut uentriculo, ad quem ex uenis ac partib. adiacentibus, iecore nimirum & liene, sanguine delabitur. Causę externę & manifestę è sermonibus ægrotantis aut assidentium cognosci possunt. Si ob plenitudinem accidit, tum confertim sanguis reiicitur. At si propter oris uenę apertionem, tum ea quæ diximus precesserunt, & neq; inflammationes, neq; febres, neq; labores torquent, sicut in iis euenit q ob exesas uenas sanguinem expuunt. sed contrà uacuati melius leuiusq; agunt. Si uero ex uenarum erosione cruentum sputum editur, non confertim, sed paulatim sanguis reiicitur, & semper peius habent. Cęterum sanguis qui spumosus & subalbidus atq; ex interuallo cum tussi absq; dolore reiicitur, ex pulmone fertur. Si uero pituitosa cum tussi leuiore reiiciãtur, ex aspera arteria prodire scito. Si ater sanguis & in grumum concretus fuerit, doloremq; in loco intẽdat, ex thorace educi significatur. Si uero ex locis circa fauces aut columellam sanguis feratur, per excreationes excernitur. Si uero ex aliquo loco oris aut gingiuarum, simpliciter expuitur. Accidit autẽ nõnunquam per palatum sanguinem educi, propter hirudinem deuoratam, & alicui indidem particulæ adhærescentem, id quod localis dolor qui concomitatur patientẽ particulam, & sanguis ipse qui tenuis est & serosus, ostendent. Si ex stomacho eductio fiet, non magna sanguinis eruptio continget, graciles enim stomachi uenę. Si uero ex iecore & liene sanguis in uentrem deferatur, aderit tumor. Si autem à capite sanguis feratur, titillatio palati accidit, & frequens excreatio, atq; hoc modo expuunt: irritantur enim ad tussi;, & tamen non ualde tussiunt. Sanguis etiam colore niger est, mixtus cum aliquo pure uel pituita,

Signa.

pituita, & cum excreatione statim se in linguam in- Victus.
ert rotundus, facileq; reiicitur per sputum. Victus
ratio sit talis quę moderatam quandam adstringen-
di facultatem obtineat. Vtatur itaq; oryza, alica, fru
mentaceisq; aliis cibis, quibus succus mali granato-
rum, aut pirorum adiectus sit. Conuenient ex carni
bus columbę syluestres, turdi, perdices, si cuz ompha
cio seu uua acerba rhoë obloniorum coquantnr.
Vtendum etiam cotoniis, piris, pomis adstringenti.
moris rubi, & aliis suprà in Capite de profluuio san
guinis narium memoratis. Bibendum uinum crassũ
rubeum, aut pro eo aqua, in qua chalybs ignitus ex-
tinctus est. Cauenduz ab iracundia, clamore, frequẽ
ti locatione & omni corporis motu. Curandi ratio
iuxta causarum diuersitatem uariatur. Si enim à ca-
pite feratur sanguis, simplicior & exigua sufficit cu-
ratio. Adstringentia enim per collutiones palato ad
hibita frigida, nisi quod defertur multum sit, cura-
tionem perficient, quę sanè ex Cap. de Columellæ
inflammatione petenda sunt. Multum enim si à capi
te defluxerit, euacuatione sanguinis per nares, aut ue
nę alicuius incisione opus erit. Qui ob destillatio
nem sanguinem expuunt, his statim in principio ue
nam incidere oportet, ac pro uirium modo sangui-
nem detrahere. Clysteri etiaz adhibito aluus euacuã
da. Deinde frictis quàm plurimum brachiis ac cruri
bus extremę eorum partes ligentur. Postea uero ca-
piti raso medicamentum cui exiccandi & discutiẽdi
facultas inest, quale est quod ex fimo syluestrium co
lumbarum constat, imponendum. Aliaq; deinceps
omnia quæ destillationem reprimere & sistere pos-
sunt, de quibus suo diximus loco, adhibenda. Qui
ex pulmone sanguinem reiiciunt, ruptis scilicet ue-
nis, aut earundem oris patefactis, iis pręcipiendũ in
primis ne respirent ualde, sonumq; edant, & ut parũ
loquantur & sileant. Incidere etiã statim uenã opor-
tet

Curatio sanguinis a capite destillantis curatio.

Curatio eoruz qui ob destillationem sanguinẽ expuunt.

Frictio.

Curatio eoruz qui ex pulmone sanguinem reiiciunt.

tet in cubito internam, ac sanguinis detractionē bis aut etiam ter reiterare pualatim reuellendi gratia. enim euacuatione copiosa indigent tales, nimirum à passione ipsa euacuati. In hunc sanè usum frictionibus extremitatum, ꝛ earundem cum latis linteolis constrictione ꝛ ligatura utendum. Postquā hæc peracta fuerint, primum quidem poscam dilutam ꝛ tepidam bibendam exhibere conuenit, ut si quis sanguinis grumus in uiscere hęreat inde dissolutus eiiciatur, neq; quicquam obstat bis ꝛ ter in tribus horis hanc potionem iterare. Post hęc autē medicamēta adstringentia ꝛ obstruendi meatus uim habentia intrinsecus ꝛ extrinsecus adhibeantur. Per os quidē sumpta proficiunt portulaca comesta, succus autem eius bibitus efficatior est; succus plantaginis, polygoni, uuę acerbę, decoctū rhois (sumach appellant) gallę, corticis glandium, radicis rubi, balaustiorū, seminis oxylapathi, radicis equiseti, ꝛ aliorum quæ in Capite de Sanguinis ex naribus profluuio dicta sunt. Vsus etiam sit huius ecligmatis, quod. ℞. Conserue rosarum ueteris, rob de ribes. añ. ℥. 1. diatragacanthi frigidi, diacitoniton simplicis. añ. ℥. s. pulueris corallorum, lapidis æmatidos, terræ lemniæ (sigillatam uocant.) añ. ʒ. ii. boli armeniæ. ʒ. i. sanguinem draconis. ʒ. s. balaustiorum, thuris. añ. ʒ. i. s. cum syrupo myrthino quod satis est, fiat ecligma. Extrinsecus thorax ex uino adstringente oleisq; cotoneorum, rosaceo, aut myrthino irrigandus. Si uero multa sanguinis eruptio fiat maxime in ęstate, ꝛ citra tussim eius reiectiones contingant, neq; debilis sit ęger sed robustus ꝛ carnosus, acetum pro uino admouendum est spongiis exceptum. Proderit iam dictis oleis adiicere bolum armeniam, terram lemniam, corallos, ꝛ similia, ac cum cera componere unguentum quale infrà lib. 3. Cap. 3. describemus. Cataplasma quoq; ex palmulis (dactylos uocant) acatia, symphyti

Adstringentia.

Ecligma.

Vnguentum.

phyti

hyti radice, cortice mali granati, ꝛ lentium farina
pparatum, adhibendum. Nec minus confert quod
x carnibus malorum punicorum, thure, corallis
ubeis balaustiis, bolo armenia, terra lemnia, ꝛ eius-
nodi componitur. Maximum enim hoc est, cui dili-
genter animum attendere oportet, ut mox facta ua-
orum ruptura, ꝛ dum adhuc cruentum est uulnus,
concrescat priusquam inflammatio apprehendat.
Etenim si inflammatio præuenerit, parum spei est ad
huiusmodi uulneris conglutinationem, quippe quę
se in multos dies extendit. Eluere enim oportet tuʒ
pus, tum serosum sanguinem ipsius ulceris, postea-
quam inflammatio fuerit soluta: reliquam autem
curationem, quemadmodum in tabidis fieri solet, *Curatio*
ordinare opottet. Qui ab erosione sanguinem ex- *eoruʒ qui*
puunt, iis primum quę acres humores in pulmonem *ab erosio*
destillantes purgare possunt medicamenta exhiben- *ne san-*
da, ut in Capite de Destillatione dictuʒ est. Deinceps *guinem*
ea quę alterare ꝛ incrassare acres ꝛ tenues humores, *expuunt.*
atqʒ adeò sistere destillationeʒ ualent, ut est syrupus
uiolarum, rosarum, myrthinus, miua cotoneorum,
ꝛ alia quæ paulò ante memorata sunt. In hunc usuʒ
interdum syrupum de papauere, ꝛ alia narcotica ꝛ
stupefacientia adhibemus. Destillatione cessante,
corrosę partes cibis boni succi, ꝛ medicamentis car-
nem generantibus reficiantur. Porrò qui uomunt *Curatio*
sanguinem, eadem uictus ac curandi ratione, quę an *eorum qui*
tea dicta est utantur, sola hac cura adhibita, ne cre- *uomunt*
bro cibum, aut potum sumant. Quippe facile curan *sanguinē*
tur, si auxilia quæ bibuntur particulis ipsis sangui-
nem fundentibus applicentur. At sanguine in uen- *Curatio*
triculo instar grumi concreto, coagulum potanduʒ *eorum qui*
est, maxime leporinum, uel thymbra seu satureia cū *per pala*
aceto, uel ex aloē sic affecti uacuari debent. Qui *tum san-*
per palatum sanguinem excreant, gargarizabunt ex *guinem*
adstringentibus, frontiq; ꝛ capiti admouenda sunt *excreant.*
quæ

quę ex naribus ſanguinem fundentibus accommodantur. Porrò poſtquam omnia, ut poſtulat ratio, peracta fuerint, & ſanguinis fluor ſubſtiterit, uires ipſis reficiendæ ſunt, roburq; adhibendum. In primis autem cauendus frequens uſus balnei, uini potio, ira & uenus.

De Empyemate. Cap. VIII.

Emplema. ΕΜπύημα, purulenta excreatio atque ſuppuratio Latinis dicit. Et ἐμπυι..οι, hoc eſt ſuppurati ſeu purulenti uocant. Fit quando abſceſſus in mé-

Cauſæ. bra intrinſecus coſtas ſuccingente, aut aliqua alia thoracis factus aceruatim rumpitur, & in uacuū thoracis locum effunditur inter pulmonem, & membranam coſtas ſuccingentem. Interdum propter ſanguinis eruptionem ulcere ad cicatricem non perducto, interim etiam propter confluxum ex capite & aliis partibus ſuperioribus illuc manantem. ut in angina

5. aph. 10 iuxta hoc Hippocraticum: Quicunque ab angina liberantur, his ad pulmonem uertitur, & in ſeptem diebus pereunt: ſi uero has effugerint, ſuppurantur.

Signa. Cognoſces autem ſuppuratos hoc pacto. Grauitas adeſt thoracis, tuſſis ualida ſiccaq; cum dolore, aliquando etiam cū humiditate, ob quā releuari quoque uidentur, febricula per initia affligit, languida, inordinata, & ad iudicandum difficilis. Poſtquā uero ruptura abſceſſus iam appetit, uehementius cum quodam horrore febricitant, ac in ſermone conturbantur, offenduntur q; ſpiritu. Rupto abſceſſu aliquid in profundo thoracis transfluere apparet, iuxta multiplices reclinationis permutationes, & maxime quum ab uno latere in alterū decumbunt, tunc ſanè multitudo puris manifeſtatur, & fluctuationis cuiuſdā ſonitus ſępe ſenſibiliter in reclinationibus ipſorum auditur. Pus etiam educitur, nunc purum, nunc fœculentum. Erumpunt autem ſuppurationes

aliquę

quæ quidem sursum in uacuum uidelicet thora-
locum, & hę periculosiores existunt. Aliquę uero
orsum, & hę quidem in aluum & intestina ac uesi-
n transfunduntur, per uasa quędam transmissione
eas partes facta. Semper autem hectica febri labo
nt suppurati, quoad sursum omnia fuerint edu-
i. Victus ratio suppuratorum talis sit. Aërem in Victus.
bitent siccum. Cibis utantur boni succi & conco
u facilibus, iure gallorum, carnibus gallinę, pullo
um, auium montanarum: iure etiam cicerum cum
erbis hyssopo, & oreoselino (petroselinum officinę
ocant.) Potus sit aqua mulsa, aut uinum album ac
enue. Porrò nisi in iis summa adhibeatur diligen- Curatio.
a, protinus purulenta illa collectio tabē accersit.
rimum igitur puris concoctio & digestio adiuuan
a, fomentis per spongias, cataplasmatis & emplastris
x hordei, fœnigræci, & seminis lini farinis, caricis
inguibus, columbarum fimo, althea, & resina modī
a compositis. Cerata etiam ex butyro, iride, baccis
auri & ruta confecta adhibēda, & alia quę collectio-
nem maturare & discutere possunt: qualia multa in
Capite de Asthmate dicta sunt. Posthęc si malum
haud discutitur quę abscessum rumpunt admouen-
da. Rupturam autem promouet in latus sanum de- Rupturā
cubitus, salsorum esus, & catapotia illa dormituro abscessum.
data, quę. ℞. pulueris hierę picræ Galeni. ʒ.i. pulpæ,
colocynthidis. ʒ.i. cum succo absinthii fiant pilulę,
quarum una aut altera teneatur in ore. sic enim ęger
expuere conabitur, ac nimium expuendo abscessus
rumpetur. Ruptione facta diligenter animaduerten
dum erit quo pus prorepet. eius enim excretionem
adiuuare opus. Quod si ad aluum prorepat, magis emol
lientia sint ea quę offeruntur. Si uero ad uesicam ser
pat, ea quę urinam magis cient adhibenda. Si uero per
tussim puris repurgatio fiat, nihil cōuenientius aut fa
miliarius exhiberi pōt, quàm ptisana optio melle per-
mixta.

mixta. Possunt etiam ea abstergentia quæ partim in Cap. de Pleuritide dicta sunt, & partim subinde in Cap. de Tabe dicentur exhiberi. Cęterũ quę urinam cient, cibis cõmode admiscentur, undecuuq; tandem puris excretio contingat. Ad puris uero repurgatio- nem mirificè utilis est aqua mulsa cum iride, & pluri- ma glycyrhiza decocta. Radicis etiam dulcis succus cõmanducatus prodest. Conuenit ẽt decoctũ hysso- pi, iridis, marrubii, & similiu; q̃ ex Cap. de Asthmate petenda erunt. Porrò q̃ deinceps in curatione suppu- ratorũ necessaria sunt, ea in sequenti Cap. dicemus.

Pus repur gantia.

De tabe. Cap. IX.

Tabes.

TAbes quam φθίσιν etiam Gręci appellant, pro- prie est corporis extenuatio quę pulmonis ex- ulcerationem sequitur. Fit ꝑpter humoris acris & erodentis à capite in pulmonem defluxum. Et quũ puris aut sanguinis eruptio in suppuratis, peripneu- monicis, & pleuriticis cohibetur. Tabidi cognoscun- tur corporis totius & carnium extenuatione, nares etiam iis acutę, collapsa tempora, oculi concaui, spa- tulęq; instar alarum prominent. Tussiunt quoq; ac febre hectica febriunt, difficulter spirant, genę liue- scunt, ungues curuãtur, pallidiq; apparẽt. Malo uin- cente, uenter turbatur, sitis ipsos magis conficit, ca- pilli defluunt, & id quod per sputu; reiicitur uehemẽ- ter fœdi odoris est. Difficillime autem curantur ul- cera pulmonis, propterea quod citra tussim non re- purgantur. Tussientibus autem ulcus dirumpitur, atq; quasi circuitu quodam malu; reuertitur. Medi- camentorum pręterea uires ad ulcus priusquam in uentriculo permutentur peruenire non possunt. De- niq; per respirationẽ pulmo semper mouetur, ac tus- siendo lancinatur. Vtcũq; aũt difficilis sit curatio, tñ nihilominus conandu; ut ulceratio illa curetur. Primũ itaq; curandu;, ut conuenienti uictus ratiõe utantur

Causæ.

Signa.

5. aph. 14
5. aph. 11
& 12.

Curatio cur diffi cilis.

Victus.

utantur tabidi. Aërem ſiccum & in calore & frigore temperatum inhabitent. Cibus illorum ſit ptiſana hordei, lac amygdalarum, oua ſorbilia, carnes auium mótanarum, perdicum, phaſianorum, merularum, turdorum, gallinarum, caponum, uitulinę, hędi lactantis: Piſces ſquamati, ſaxatiles, potiſſimum uero cancri fluuiatiles. Lac uero inter omnia cibaria tabidis optimum, primum humanum, dein aſininum & caprinum, quod ex mammis, ſi fieri poteſt, ſugatur, aut ſtatim mulctum dum adhuc calet bibatur, quéadmodum fuſiſſimè Galen. lib. 5. Ther. meth. docuit. Animaduertendum tamen ut ſtatim à lactis uſu alius cibus, potiſſimum uero uinum, non ſumatur, quod ſic in uentriculo corrumperetur. Quod ſi tamen impenſe febricitarent, putrida maximè febre, lactis uſus non códuceret. Inter fructus proſunt paſſulę, amygdalę dulces, nuces pineæ, ficus, palmulæ, (dactylos uocant) piſtacia. Exercitia & motus uehementes deuitent, ſuauiter tum ante cibum deambulare haud incommodabit, à cibo penitus quieſcant. Somno utantur nocturno & mediocri. Fugiant iram, triſticiam, uigilias immodicas, famem, ſitim, coitum, laconicum, & quicquid corpus exinanire poteſt. Potus ſit uinum aquoſum & tenue, aut ſi febris eſt uehemens, cinnamomi decoctnm, aut Hippocras uulgo nominatum, cuius compoſitionem pete ex Cap. de Reſolutione. Curandi uero ratio ſi à defluxu humoris acris ex capite fit, à deſtillationis amolitione inchoanda erit, quam peculiari Capite ſuprà docuimus. Curatio.
In præſentia quæ ulcerationem pulmonis curant docebimus. In primis itaq; quæ abſtergendi ui prędita ſunt, & quę ut facile pus ſurſum feratur efficiunt exhibenda erunt. In quem uſum conuenit hydromeli, decoctum hordei cum ſaccharo & melle. Item hyſſopi, iridis, caricarum, adianti, & ſimilium. Syrupus de hyſſopo, praſio, & glycyrhiza. Si febris accedit,

semina frigida prędictis cómisceri haud inutile erit. Extrinsecus admouéda emplastra ⁊ cataplasmata ex semine lini, fœnogręco, ⁊ aliis in Cap. de Empyema te memoratis. Ex Cap. etiam de Asthmate multa remedia ad pręsenté usum conducentia petenda erũt. Absterso iam ⁊ à pure purgato pulmone ea quę ulcera eiusdem glutinare possunt medicamenta sunt exhibenda. Commendatur in hunc usum ab omnibus saccharum rosaceum, quod ⁊ abstergendi ⁊ glutinandi facultatem obtinet. Abstergit autem magis recens, glutinat uero antiquius. Mirifice etiam confert bolus armenia, sanguisq; draconis (hodie appellatus,) succinum coralli, se. portulacę, ⁊ similia quibus adstringendi ⁊ glutinandi facultas inest. Prodest etiam loch de pulmone uulpis, conserua symphyti maioris ⁊ adianti, ut. ℞. Conseruarum symphyti maioris, adianti, hoc est, capilli ueneris. añ. ℥. s. sacchari rosacei. ℥. i. loch de pulmone uulpis. ʒ. ii. specierũ dia tragacanthi frigidi. ʒ. iii. boli armenię. ʒ. ii. cum syrupo de papauere fiat ecligma. Conueniet etiam is puluis quotidie exhibitus, qui. ℞. Se. papaueris albi. ʒ. v. gummi arabici, amyli, tragacanthi. añ. ʒ. i. s. seminum portulacæ, altheę, malue. añ. ʒ. ii. s. seminum cucumeris, melonum. citrulli, cucurbitę, cotoneorum. añ. ʒ. iii. s. Eboris usti, succi liquiritię. añ. ʒ. i. s. penidiorum ad pondus omnium ⁊ fiat puluis, de quo mane dentur quotidie. ʒ. ii. cũ syrupo đ papauere, aut rosaceo. Hoc quoq; tempore quo cicatrix obducitur, extrinsecus thoraci oleum myrthinum, aut rosaceum adhibendum, adiectis interdum rhoẽ obsoniorum, hypocisthide, malicorio, acatia, galla ⁊ similibus. Postremum corpus iusta ⁊ conuenienti uictus ratione reficiendum, in quem usum mirifice confert hoc medicamentum quod. ℞. Pulpę caponis. ℥. i. testiculorũ galli, nucum pinearum, pistaciorum, amygdalarum dulcium. añ. ℥. s. specieru; ecligmatis de gemmis. ʒ. s. specie

Glutinantia. *Ecligma.* *Puluis.* *Vires reparantes morsuli.*

ſpecierum diarhodon abbatis, dianthos, aromatici roſacei. añ. ℥. i. ſantalorum alborum, cinnamomi electi añ. ʒ. s. maceris. ℥. i. ſacchari cādidiſſimi lb. i. diſſoluti in aq̄s boraginis & roſarum fiat ꝯfectio in morſulis.

De cordis palpitatione. Cap. X.

Cordis palpitatio eſt paſſio, quam alio nomine tremorem cordis appellant. Practicarum uero, ut uocant ſcriptores, perperam cardiacaꝫ nominant. καρδιακὴ enim ad ſtomachum, queꝫ ueteres oliꝫ καρδίαν dixerunt, pertinet, ut alibi copioſe monſtrauimus. Fit ab omni eo quod cor pręter naturaꝫ afficere poteſt, ut eſt intēperies omnis, aut humoris multitudo in ambiente cor tunica contenta, aut tumor prętet naturam, & alia quæ à Galeno lib. 5. de Patiētibus locis Cap. 1. recenſentur. Dignoſcitur facile de ſermonibus ęgri palpitationem hanc euidenter ſentientis, & ex pulſu. In calida intemperie febris, & pulſus uelox atqꝫ magnus exiſtit. In frigida, contra. Si humoris multitudo in pericardio contenta palpitationem fecerit, pulſus eſt mollis & languidus. Victus ratio iuxta cauſas morbuꝫ efficientes uariatur. In calida itaqꝫ intemperie aër ſit mediocriter frigidus, in frigida mediocriter calidus. Quapropter ad eum modum, quem in doloribus capitis curandis expoſuimus, inſtituatur. In uniuerſum autem uitandum q̄cq̄d ſpiritum uitalē reſoluit & ꝑturbat: nimius ęſtus, ira, fames, uigilia, coitus, frigus immodicum, cibi mali ſucci. Si multitudo humoris in ambiēte cor membrana contenta palpitationem procreauerit, tota dięta ſit extenuatoria. Potus in calida intemperie ſit uinum aquoſum & tenue, aut iuleb uiolarum, uel roſarum, aut decoctuꝫ bugloſſi (quod hodie borrago dicitur.) In frigida uinum meracius bibatur. Qui ob calidam intemperiem palpitatione corripiuntur, iis per frigida quę intēperiē corrigere,

cordis palpitatio.
Cauſæ.
Signa.
Victus.
Curatio calidæ intemperiei

& corroborare possunt succurrendum: ut ex simplicibus medicamentis sunt rosę, uiolę, nymphęę flores santali, coralli, caphura, & similia. Ex cópositis diamargariton, diarhodon abbatis, saccharum rosaceũ uiolarum, buglossi, & earundem herbarum succi & syrupi. Ex iis potiones, ecligmata & confectiones pro uniuscuiusq; arbitrio componi possunt. Extrinsecus admouenda unguenta, emplastra: potissimum autem epithemata & sacculi, & alia quę calidam intemperiem alterare possunt. Tale itaq; unguentum cóponatur, quod. ℞. Oleorum rosacei, uiolacei, nymphęę. añ. ℥. ii. corallorum rub. santalorum rub. rosarum rub. añ. ʒ. i. caphurę gr. ii. ceræ albæ quod satis est, fiat unguentum. Potest eo spina dorsi, aut cordis regio inungi. Imponatur cordi hoc epithema quod ℞. Aquę rosarum, acetosę, buglossi. añ. ℥. iii. aquarũ melissophylli. ℥. i. specierum confectionis cordialis. ℥. s. caphurę ʒ. i. santalorum rub. corallorum rub. añ. ℥. s. caphurę gr. iii. croci gr. iiii. misce, fiat epithema. vel fiat hic sacculus qui. ℞. Florum buglossi, uiolarum, rosarũ rub. añ. p. i. sentalorum omnium. añ. ℥. i. corallorum rub. & alborum. añ. ℥. i. s. margaritarum. ʒ. i. Redigantur in puluerem, & cum serico fiat sacculus. Cęterum q frigida cordis intemperie laborant, iis prosunt ambar, moschus, crocus, lignũ aloẽs, styrax, gariophylli, macer, zedoaria, melissa, & similia. Ex cópositis diambrę confectio, dianthos, aromatici rosacei, pliris arcoticon. Ex iam dictis uaria remediorũ genera cópo ni possunt, haud secus quàm in calida cordis intemperie. Conuenit aũt potissimum hoc unguentũ q ℞. Oleorum de lilio, de spica, de croco. añ. ℥. ii. galliæ moschatæ, aliptæ moschatæ. an. ʒ. i. ligni aloẽs. ʒ. s. maceris. ʒ. i. croci gr. iii. cerę quantũ sufficit, fiat unguentum. Epithema qđ. ℞. Aquarum melissę, maiorañæ, buglossi, añ. ℥. i. specierũ diambrę, diamoschi. añ ℥. s. maceris, ligni aloẽs, añ. ʒ. i. ambrę gr. i. uini opti mi

mi.℥.i.misce,fiat epithema. Sacculus qui.℞. Florum melissę,buglossi.an̄.M.i.cinamomi electi,gariophyllorum,maceris.an̄.ʒ.i.ligni aloës.ʒ.i.corticum citri.ʒ.i.s.croci.ʒ.i.ambrę gr.i.Redigátur singula in puluerem & fiat sacculus cuȝ serico ut suprà.Porrò si ab humore aliquo in pericardio ꝯtento palpitatio oriatur,extenuanti uictus ratione, & uenę sectione q̄ in cubito est curabitur, Gal.lib.5.de Patien.loc.Cap.1. teste, qui ibidem sic scriptuȝ reliquit.Palpitatio cordis pluribus integra ualetudine degentibus tuȝ adolescentib.tuȝ adultis,subitò sine alio manifesto symptomate euenire uisa est, atqȝ oēs eos sanguinis detractio iuuit.Nāqȝ hoc pacto pleriq; perfecte ab hoc symptomate liberati sunt:pręsertim qui utebantur & uictu & medicamentis,quibus esset extenuandi facultas.Facile itaqȝ quiuis ex iis Galeni uerbis & quę antea dicta sunt curandi ratione institueт,ita ut diutius in ea immorari superuacaneum putem. Aliunde igitur petant,quod hic omissum est.

Sacculus. Si ab humore fit palpitatio cordis.

De Syncope. Cap. XI.

SYncope Gale.lib.12.Ther.meth.autore præceps est uirium lapsus. Fit ob plurimā sanguinis,aut uentris excretioné,motuȝ uehementeȝ,dolorem ingentem,uigilias,omneȝ immoderatā inanitioneȝ, timorem,terrorem,& alias animi perturbationes, ob crudorum deniqȝ humorum copiam,inflāmationis magnitudinem,uitiosos & erodētes humores,aurę q; fœtidę inspirationé. Cognoscitur iis notis.Pulsus est rarus & obscurus, extremarū partium frigiditas, sudor circa facié,nitoris cutis eiusdé ablatio,& totiꝰ quasi corporis resolutio.Notę uero quibus causaꝝ diuersitas deprehenditur ex aliis Capitib.quę partiȝ pręmissa sunt,partim uero deinceps sequentur petédę erunt. Generalis curandi rō nulla est,sed hȝ ferè quęuis causa symptomatis suam peculiare curatio-

Syncope. Causę. Signa. Curatio.

Si propter sanguinis excretionē

nem. Si enim propter sanguinis aut uentris excretionē, aut immoderatos sudores & repentinas alias euacuationes fit syncope, frigida faciem aspergere opʒ, aut aqua rosacea. Extremæ etiā corporis partes uinculis uehementer constringendę, ac lintheis modice asperis fricandę. Crura quidem, si suprà eruptio fiat manus uero, si infrà. Cucurbitulæ quoq; pro diuersitate partiuʒ, ex quibus sanguis erumpit, affigendę. Os quoqʒ aperiendum, pennarum aut digitorū immissione: auditorius autem meatus, & nares comprimendę, ut inspiratus aēr interiora petens, spirituʒ reficere ac excitare queat. Confestim etiam rebus odoratis animum reuocare conuenit. Nihil enim est, Hippocrate in lib. de Alimento teste, quod uires odore citius reuocet. Prodest itaq;, pullos gallinaceos assos ac per medium discerptos, naribus ęgrorum admouere. Post hęc, iusculis concoctu facillimis alendus ęgrotus. Vinum etiam huic tenue & dilutum exhibēdum. Balneum alui tantuʒ profluuio conuenit, aliis minime. Cubiculi aēr sit frigidus, stratis in pauimento rosis, uitium palmitibus, rubis, quercus foliis, & huiusmodi adstringentibus. In immoderato sudore, exudantibus partibus oleum myrthinum, rosaceuʒ, cotoneorum illinendum: in primis uero colluʒ, thorax, loca sub alis & inguinibus. In hunc usum etiam conuenit amylum, & thuris pollinem, candido oui excepta, aliaq; adstringentia illinire. Odoramenta quoq; uaria offerenda, rosę, santali, poma cotonea, caphura, flores nymphεæ, & similia. Extremas autem corporis partes non oportet uincire. Si ob dolorē syncope fit, iis remediis quibus dolor aufertur, curabitur: quę singula suis locis, potissimum uero in Capi. de Coli doloribus dicentur. Qui ob mœrorem, gaudium, & alias animi perturbationes syncope corripiuntur, ii contrariis curandi erunt, odoribusq;, & aliis quę per os sumpta spiritus recreare possunt.

Si a dolore.

Si ob animi affectus.

Si pro-

Si propter crudorum humoruз copiam ſyncope cor ripiuntur, tum neq; ſanguinis miſſionem, neq; purgationem ſuſtinent, utpote quos etiam ſine his ſyncope ſubito adoriatur. Inaniendi itaq; per frictioneз erunt. Initio igitur morbi ſtatim incipere oportet, ac primum crura à ſuperiore parte deorſum, linteis, nō admodum mollibus, ſed modice aſperis: deinde ⁊ tota brachia ab humeris pariter ad infimas partes perfricanda. Vbi uero artus omnes abunde calidi uidētur, ⁊ metus eſt ne quis ex ampla frictione laſſitudinis ſenſus ſuperueniat, oleo relaxante utenduз, quale eſt anethinum, ⁊ chamæmelinum. Cum iam artus plurimum perfricueris, poſtea oleum detergetur. inde ad ſpinam dorſi tranſeundum eſt, hæcq; tota perfricanda ſimiliter: ab hac rurſus ad crura, ⁊ hinc ad brachia, exinde rurſus ad ſpinam remeandum, ⁊ ita toto die faciendum. Idq; in ſplendido ⁊ minime humenti cubiculo, cuius aër temperatus ſit. Porrò mulſa in qua hyſſopum coctum fuit, his eſt aptiſſima. Cauendumq; ne uel cibum, uel ſorbitionem, uel aquam exhibeas, uel omnino liberaliter bibere ſinas, niſi mulſam tribus primis duntaxat diebus, ut ſolum illud tempus interſit quod ſomno datur, qui certe mediocris ſit. Si pulſus robore mediocri ſit, ac magnitudine, conſideranda quæ ad aluuз ſpectant: ⁊ ſi ſua ſponte commode non deiiciat, clyſteri ſecurus ablue. Accidit namq; poſt aquam mulſam, ut q̄ in primis uenis, quę ſcilicet circa iecur ⁊ meſenteriū ſunt, colliguntur ſuperuacua, commode deiiciantur. Quod ſi iuſto maior recrementoruз impetus ad aluum citetur, mulſam amplius percoquere oportebit: ita enim minus ſubducet. Si plenius ſuperuacua deſcendant, nec ſic quidem ſiſtenda aluus, ſed exhibendus pro aqua mulſa ptiſanæ cremor eſt. Si uero fluere pergant, alicę ſorbitione nutries. Si ex pulſus imbecillitate uires quoqз collapſas didicerimus,

Si ex redundantia crudorum humorum

panez ex uino diluto exhibere conueniet: idq; si nec uenter, nec iecur inflammatione laboret. nam si hac infestentur, iam corpore crudis humoribus referto, nulla planè medicina periculo liberat. Atqui si quã do crassi abunde humores deprehendantur, oxymeli pro mulsa continuo exhibendum. Ergo si æstas sit & æger frigidæ potioni assuetus, frigidum huic oxymeli dabis: sin hyms sit, calidum omnibus. Sanè balneum iis est aduersissimum, tum aër ambiens uel nimium calidus, uel frigidus.

Syncopes iaz prementis curatio

Porrò iis quos syncope iaz premit, si partes modo cõmemoratæ inflammatione uacent, panis exhibebitur modicus, isq; ex uino fuluo, quod celerem in corpus digestionez adiuuet. Et si æstas adsit & constitutio calida, aqua frigida uinum dilues: sin contrà, calidam miscebis. Inde ad frictionem ueniendum est, quæ pro tradito quoq; iam modo administrabitur. Verum quibus ex flaua bili, quæ os uentriculi infestat, syncope incidit, iis frigida offerenda potio est: nõnunq; etiam uinum, quod calidum natura sit, fuluum colore, & substantia tenue.

Si ob tenues humores syncope opprimuntur.

Qui tenuium humorũ uitio syncope premunt, hos paulatim nutrire opz, summamq; cutem densare & aërem cubiculi refrigerare. Vngendi sunt adstringentibus unguentis: tum cibi iis dandi, qui non admodum promptè diffluant, ut est panis, sorbitiones alicæ, ouorum sorbilium uitelli, gallorum testiculi, & eiusmodi. Vinum iis aquosum inter initia dandum est, sumptum à cibo.

Si ob inflãmationis magnitudinem.

Si ob inflammationis magnitudiné syncope accidat, artus fricandi & fouendi, manusq; ac pedes uinciendi, uigiliæ imperãdæ.

Si propter erodentes humores.

Quicũqz uero propter uitiosos humores erodentesq; syncope corripiuntur, ii curandi sunt ad eum modum, qui infrà de Dolore stomachi exponetur. Qui exquisitam & pleniorem syncopes curandi rationem desiderat, is legat quæ tradit Gale. lib. 12. Ther. methodi, & quæ infrà Cap. 4. Libri tertii dicentur.

De lactis defectu. Cap. XII.

LActis defectus accidit propter ſiccam mammil- Cauſa.
larum, aut totius corporis intemperiez, propter ſanguinis boni paucitatem, ⁊ quia infans imbecillis non probè ex mammis ſugit. quãto enim plus ſugẽdo ex illis adimit, tanto magis attrahitur. Notę, q bus cauſarum diuerſitas deprehẽditur, notiores ſunt quàm ut dici debeant. Signa.
Sicca enim intemperies ex habitu corporis macilento, ⁊ aliis ſuprà dictis dignoſcitur. Sãguinis boni paucitas, ex malo corporis habitu, ⁊ ex iis quę præceſſerunt corporis, menſium nĩmirũ aut alui profluuio, exercitiis immodicis, inedia ⁊ ſimilib. inanitionibus. Poſthabito itaq; lactis defectu qui fit ex intemperie ſicca, quæ facile ex iis quæ ſuprà dicta ſunt, ⁊ deinceps in Cap. de Hectica dicentur, curabitur, de eius tm̃ qui ex ſanguinis boni paucitate fit curatione dicemus. In quo ſanè primũ ſan- Victus.
guis eſt contemplandus, ſic monente Galeno lib. 5. Simpl. Cap. 20. aut enim minor eſt quàm conuenit, aut deterior. Itaq; qui minor eſt, uniuerſaz uictus rationem expoſcit humectantem ⁊ calefacientem mediocriter. Quęcunq; enim plus quàm expediat calefaciunt, quęq; deſiccant aut refrigerant, partim qualitatem ipſius ſanguinis uitiantia, partim ipſum minorem reddentia, lac prouenire prohibẽt. Dare itaqz conuenit panem purum, lac, carnem uitulinam, pullorum gallinę, perdicum, hędorum, oua ſorbilia, piſces ſaxatiles ⁊ ſquamatos, paſſulas, amygdalas dulces. maluas, lactucam, bugloſſum, meliſſophyllon, cucurbitas, ⁊ eiuſmodi. Bibendum uinum aquoſum, tenue. Fugiendum immodicum exercitium, ira, mœror, ⁊ omnia quę ſanguinem minorem efficere poſſunt. Si uero deterior eſt ſanguis, ſi quidem bilio- Curatio
ſus fuerit, primum purgationem deſiderat linioſi humoris, mox uictum quem modo diximus, Sin pitui-

toſus,

tosus, medicamenta requirit excalefacientia aut primo, aut secundo ordine: non tamen desiccantia. hęc enim pituitosos humores excalfacientes in sanguinem uertunt. Verum inter ea potiora sunt, quæ non tantum sunt medicamenta, sed ⁊ nutrimenta: uelut eruca, fœniculum, anethum, apium, sium, eaq; uirentia priusquam siccentur. Nam sicca plus quàm oporteat ⁊ excalfaciunt ⁊ desiccant. Quę autē desiccant humorem sanguinis depascentia, crassiorē simulq; pauciorem efficiunt. Et si natura quoq; sint calida, iusto etiam calidiorem: sin frigida, frigidiorem. Debet enim esse modice calidus, ac neutiquam crassus, ut ex eo lac generetur. Proinde quæ mediocriter excalfaciunt, nullamq; insignem adiunctam habent siccitatem, lactis procreatricem facultatem obtinēt: inter quæ, prӕter ea quę dicta sunt, est sesamum in uino decoctum. Item butyri recentis ℥.i. cum uino pota. Prӕterea amygdalæ dulces, pistacia, nuclei pinea triti, ⁊ cum butyro comesti. Laudatur etiam hoc ferculum, quod sic conficitur. ℞. Orizę decies ablutæ, exiccatę, ⁊ in puluerem redactę, coquaturq; in lacte optimo iuxta carbones ignitos, adiiciaturq; inter decoquendum sacchari albissimi quod satis est, ⁊ fiat pulmentum. Fit prӕstantius, si addantur amygdalæ dulces, pistacia, nuces pineę, faria hordei, cicer, ⁊ eius modi. Annitendum etiam erit, ut cum leni frictione thoracis, ⁊ aliis medicamentis trahēdi facultatę prӕditis, ad mammas lac alliciatur.

Lac generantia.

De lactis redundantia. Cap. XIII.

ACcidit ut interdum ob lactis redundantiam mammillę tumefactę repleantur, ⁊ sic extendātur, ut copiam eius uix ferre queant. Qui sanè affectus Græcis σπαργάνωσις dicitur. Fit à causa cōtraria, nempe boni sanguinis copia. Visu tactuq; deprehenditur. Succurrendum statim huic affectui, quod

σπαργάνωσις.
Causa.
Signa.
Curatio.

quod aliàs metuendum sit ne mammæ inflammatio ne corripiantur. Inter initia itaq; uena secanda poplitis, aut media quæ est in cubito. Dein utendum iis q̄ leuiter reprimunt, ne scilicet ad pulmonem impetu quodam trudatur sanguis. In hunc usum proderit spongia, in posca madefacta, apposita. aut palmulæ (dactylos uocant) cum pane ⁊ posca tritæ adhibitæ. Conuenit etiam apponere emplastrum ex oleo rosaceo, santalis, coriandro, psyllio, portulaca, farina fabarum, lentium, plantaginis succo, ⁊ aceto, in hūc scilicet modum confectum. ℞. Farinę fabarum, farinæ lentium. an̄. ℥. i. portulacæ. ʒ. i. se. lini, altheę. an̄. ʒ. ii. s. plantaginis, coriandri. an̄. ʒ. ii. Buliant in aqua, donec ad mellis crassitudinem redeant. dein addantur olei rosacei. ʒ. ii. succi plantaginis, aceti. an̄. ℥. i. buliāt denuo, ⁊ adiiciantur ouorum uitelli duo, ac fiat emplastrum. Vel potest fieri ceratum, sic compositum. ℞. Olei rosacei, myrthini. an̄. ℥. i. s. farinę lentium, farinę fabaruꝫ. an̄. ʒ. i. s. mentę, rutę. an̄. ʒ. i. plantaginis, coriandri. an̄. ʒ. s. cum cera ⁊ resina. q. s. fiat ceratum. Erysimon etiam (quod rapistrum hodie uocant) mirifice prodest, cum aqua ⁊ melle illitum. Ricini etiaꝫ folia trita, ⁊ apium uirens illitum, non modice prosunt. Vniuersa deniqꝫ uictus ratio talis sit, quę paucum procreet sanguinem: adeoq̄; inedia non parum conferre in hac passione potest.

Emplastrum.

Ceratum.

Victus.

De lacte in grumos conuerso. Cap. XIIII.

GRumescit lac, ⁊ in casei formam transit interdum, quam passionem Græci θρόμβωσιν, quasi diceres grumescentiaꝫ, nominare solent. Fit ob lactis abundantiam, quum scilicet è mammis nō sugitur: ⁊ deinceps à nimia caliditate, qđ in eo tenuiuꝫ erat partiuꝫ digesto, quod reliquum est concrescit. Idem etiam à frigiditate accidere solet, quæ ut concrescat lac nonnunquam efficere potest. Interdum etiam

Θρόμβωσις.

Causę.

etiam lac ipsum suapte natura satis crassum ꝛ gluti-
Signa. nosũ est, ut facile in grumos uertatur. Notę lactis
grumescentis satis manifestę sunt. ex tactu enim, atq;
Victus. adeò relatione ęgrotantis, statim dignoscitur. Victus
ratio iuxta causarum diuersitatem uariatur. In cali-
da mammarũ intemperie, ad frigidum, in frigida cõ-
trà ad calidũ declinet. Si propter crassiciem lactis ac
Curatio. cidit passio, extenuanti prorsus diæta utendũ. Q̃ꝫ
ad curandi rationẽ attinet, si redundantia lactis fue
rit, nec in mammillis grumescat, ab adultis peritisq;
mulierib. leuiter exugendum erit. Mammæ aũt apii
uirentis, mẽtę, uel fœnigręci succo illinantur, aliaq;
quæ suprà in Cap. de Lactis redundantia dicta sunt
adhibeantur. Leporis autem coagulum ex aqua tri-
tum si illinatur, ad omnes mammarum tumores, ꝛ
passiones pręcipue lactis copia euenientes, confert.
Si nimia mammarum caliditas affuerit, tunc portu-
lacę succus, ꝛ solani hortensis illinendi erunt. Itẽ ro
saceũ cum aceto. Alsine etiam (morsum gallinę uo-
cant) illita mirifice confert. Benefacit etiam cimolia
terra ex aceto, aut aqua, ꝛ oleo rosaceo illita. Lentes
quoq; in aceto coctę, ꝛ contusę, illitę prosunt. In
frigida intemperie, mammæ decocto chamęmeli, fœ-
nigręci, anethi, seminis lini ꝛ fœniculi fouẽdę. Oleis
etiam chamęmelino, anethino, liliorum alborum, ꝛ
eiusmodi, inungendæ. Cauendũ tamen, ne papillam
contigant. Fel bubulum illitum confert. Medulla pa
nis cum aceto illita prodest. Potest adiici menta, aut
apium, ꝛ fit medicamentum ualidius. Pręter cætera
hoc etiam ualet, quod. ℞. Mellis. ℥. s. styracis calami-
tæ. ʒ. iii. fellis bubuli. ʒ. ii. olei chamæmelini. ℥. i. myr
rhæ, thuris. añ. ʒ. ii. s. Misceantur singula, ꝛ redu-
cantur in formam emplastri, quod mammis im-
ponatur.

De inflammatione mammarum. Cap. XV.

ACcidit interdum, ut alię inflammationes, ppter defluxuз sanguinis copiosi ⁊ calidi ad mãmas. Nonnunq̃; ob lac casei modo coactum, atque subinde suppuratum. Facile discernuntur, quod prior inflammatio iis quę neq; grauidę, neqз puerperę sunt accidat: altera uero, iam commemoratis dũtaxat. In prima confestim sanguis mittendus ex cubiti uena interna, uel media eiusdem lateris, nisi mẽsium subesset retentio. tunc enim consultius est poplitis uenam secare. Posthęc ad reprimentia ueniendum medicamenta, quæ non oportet esse ualida, ne ad interiores corporis partes nobiles humorum impetus trudatur: aut aliqua, quę discutere possunt, iis miscenda. In hunc itaq; usum conuenit oleum rosaceum cum succo solani, aceto, ⁊ decocto chamęmelĩ lintheis in iis madefactis, ⁊ impositis mammæ. Valet etiam emplastrum ex farina hordeacea, semine lĩni, santalis, bolo armenia, adipe porcino, ⁊ oleo rosaceo confectum. Quod si reprimentia medicamenta non contulerint, ad ea quę discutiunt statim ueniẽdum est. Conuenit itaq; adhibere hoc emplastrum, quod. ℞. Farinæ fabarum, farinę fœnigręci, seminis lini. an. p. i. meliloti, chamęmeli. añ. ʒ. ii. s. medullę panis triticei. ℥. s. myrrhę. ʒ. ii. Buliant in aqua sufficienti usqз ad mellis crassitudinem, dein addantur oleĩ chamęmelini, anethini. añ. ℥. i. s. ⁊ buliant iterum, dein adiiciantur uitelli ouorum numero. iii. croci. ʒ. ĩ. ⁊ fiat emplastrum. In hunc usum lini semen, uel fœnumgręcũ in oxymelite decoctũ illini potest, ⁊ alia quibus discutiendi facultas inest, de quibus iaз sępe dictum est. Quod si uero spes discutiẽdi sublata fuerit, maturatione auxiliabimur, quę hoc cataplasmate perficietur, quod. ℞. Malue. foliorum althee, uiolarię, chamęmeli. añ. M. i. s. radicis althęę. ℥. i. Ebuliãt in exi-

Causæ. *Signa.* *Curatio* *Adstringentia.* *Discutientia.* *Emplastrum.* *maturatio* *Cataplasma.*

in exigua aqua ad mollitudinem usq;, dein contundantur, & fiat cataplasma. Vel formetur emplastrum ex semine lini, fœnigręci, caricis, radicibus altheę, & liliorum alborum, adiectis oleis chamæmelino & liliaceo, adipib. porci, gallinę, & similibus. Suppuratio ne facta mammillę ruptionez sectionemuè tentabis, idq; medicamentis aut ferro. Medicamenta suppuratas mammas rumpentia sunt, fimus columbinus, fermentum cum puluere cantharidum, calx uiua cum fimo anserino. Si ferro potius uti placuerit, locus ppe pupillam lunari sectione accuratissime incidendus erit, ut iucisione abscessus quidē profunditas denudetur, sed pupilla cōseruetur. Curatio reliqua talis erit, qualis reliquorum ulcerum. Si ob lac coactū inflammatio accidit, tunc utendum per initia est spōgia molli egelida posca imbuta, expressaq; loco fasciis superaccommodetur. Itez palmulę (dactylos nominant) cum pane & posca tritę imponendæ. Vel utēdum est ouo toto, cum rosaceo. Medulla etiaz panis adiectis myrrha, croco, menta, & aliis quæ in Capite de Lactis redundantia dicta sunt, imponenda. Deinceps si illa non contulerint, reliqua ordine (ut iam commemoratum est) adhibenda erunt.

Ruptio.

LIBRI SECVNDI FINIS.

LEONHARTI FVCHSII DE MEDENDIS SINGVLA rum corporis humani partium à summo capite ad imos usque pedes passionibus.

LIBER TERTIVS.

De Imbecillitate Ventriculi. Cap. I.



ENTRICVLI Imbecillitas ex quacunq; intemperie oboritur, nullis humoribus uitiatis. Fit etiam ex humore in ipso sinu uentriculi contento qui aut calefaciendi, aut perfrigerandi, aut humectandi, aut siccandi, aut etiam horum aliqua per coniugationem efficiendi naturam obtinet: interim uero & in ipsas uentriculi tunicas imbibito & impacto. Nudam qualitatem calidam testantur, sitis uehemens, cibi fastidium, nidorosiq; ructus. Frigidam contraria indicant, modica sitis, immodica appetentia, acidi ructus. In humida nulla, uel exigua saltem sitis ægrum affligit, saliuæ copia adest. In sicca, linguæ siccitas, corporis extenuatio, sitis uehementissima, saliuæq; paucitas. Copiam autem humorum nausea, uomitus, grauitas uentriculi, & ructus à cibo potissimum ostendunt. Et si flaua bilis redundat, oris amaritudo, bilis uomitus, sitis, ructus nidorosi, uentriculi morsus aderunt. Sin pituita, nulla uentriculi erosio erit, ructus acidi, sitis nulla, tensio uétriculi. Si ab atra bile,

Causæ.

Signa.

le,tristitia ⁊ metus,ructus ⁊ excreatio fœtida,pisces olens. Curatio intemperierum per contraria fit. in-

Curatio

temperiem enim calidam refrigerare oportet, frigidam calfacere: siccam humectare, humidam siccare. Similiter uero etiaʒ compositas intemperaturas aut calfacere ⁊ siccare,aut humectare ⁊ calfacere, aut refrigerare ⁊ humectare,aut siccare ⁊ refrigerare oportet.

Calidæ intemperiei

Calida itaqʒ intemperie affecti, refrigerante uictu curantur, precipue qui ex aceto assumitur. Panis igitur posca imbutus sit. Pullis gallinarum, perdicibus,carnibus uitulinis cuʒ aceto aut omphacio decoctis utendum. Lactuca deniqʒ, portulaca, ⁊ similibus herbis,pomis, ⁊ piris acidis. Bibenda aqua frigida,aut uinum aquosum.

Frigidę intemperiei

Frigida intemperie laborantes,contrariis medicari oportet,anisi,rutæ,petroselini decocto. Cibi odoramentis cinnamomo, calamo odorato,pipere,⁊ similib. condiantur. Danda etiam confectio διὰ trion pipereon nominata,⁊ theriaca. Vino utendum ueteri,⁊ subadstringēti.

Humidæ.

Humidę remedia sunt,cibi qui citra ualenteʒ calefactionem refrigerationemuè siccant. Prȩterea consuete potionis parcitas.

Sicca.

Siccam curabis instar hecticę, de qua suo loco dicemus. Copiosissime auteʒ Gal. eius curationem,ut etiam reliquaruʒ intemperantiarū uentriculi,prosequitur lib.7. The. meth. ex quo ea quæ hic desiderantur petenda erunt.

Si ab humore uentriculi imbecillitas accidat.

Cæterum si humor aliquis calefaciendi uel refrigerandi uim obtinens uentriculi imbecillitatem effecerit,diligenter considerandum erit an humor is in sinu seu amplitudine uentris innatet,an eiusdem tunicis impactus sit.

Bilioso.

Si in sinu cōtinetur,⁊ biliosus fuerit,per uomitum statim expurgandus erit. Facilem uero uomituʒ reddit aqua calida,uel mulsa dilutissima bibita. Satius fuerit,si ante hęc humectantia exhibeas,ueluti ptisanæ cremorē,aut lutea ouoꝝ. Sin in uētriculi tunicis est receptus humor biliosus,hiera picra aluus purgāda erit:

ua sanè Galeno ubi suprà teste, nullum aliud medi
mentu ad uitiosos humores qui in uentriculi ha
entur tunicis præstantius inueniri potest. Humore
acuato, uictu utantur eodem quo qui calida intem
erie affliguntur uti debent. Exhibendæ etiam cõser-
æ, & confectiones refrigerantes. Extrinsecus uentri-
ulo adhibeantur refrigerãtia, & mediocriter adstrin
entia, ut est oleum rosaceum, cotoneorum, adiectis
antalis, balaustiis, corallis & caphura. Infrigidantiũ
amen mediocris semper usus sit, iuxta præsentis in-
emperiei contrarietatem. Nam immoderatus horu
usus, non modò non iuuat, sed etiam sæpe insanabi-
em morbũ efficit. Si uero pituitosi, aut crassi & gluti
osi humores amplitudini uentris innatent, oxyme
ite utendum est, in quo ex incidentibus & extenuan
ibus quædam sint decocta: uerbi gratia hyssopus,
ris, origanum, satureia, & marrubium. Sin tunicis
uentriculi impacti fuerint, tum prius exhibenda quæ
cunq; lentam hanc pituitã dissecent, post deinde pur
gandum. Qualia uero hæc sint medicamenta, Capi-
te. 8. Libri primi diximus. Est autem & ad illoru hu
morum purgationem non inutilis hiera picra. Vi-
ctus ratione extenuante utendum. Confectionibus
item calidis dia trion pipereon, diagalanga, diacina
momi, diambra, zingibere condito, diacori, & simili-
bus. Extrinsecus adhibenda sunt olea calefacientia,
quale est nardinum, de menta, de absinthio, masti-
chinum, & alia eadem faculte prædita. In hunc sanè
usum commendantur cærata, quæ uulgus medico-
rum hodie scuta stomachalia nominat. Hæc in eum
componantur modum. ℞. Cinamomi selecti, garyo
phyllorum, piperis longi. añ. ʒ. i. galliæ moschatæ, ma
ceris. añ. ʒ. s. calami aromatici, thuris. añ. ʒ. i. s. ligni
aloës. ℈. i. mentæ. ʒ. ii. mastichis, ladani. añ. ʒ. i. s. oleo-
rum mastichini, nardini. añ. ℥. s. Cum cera & resina
quod satis est, fiat scutum stomachale. Aut. ℞. Masti-
H chis

Pituitoso Scutu sto machi.

chis in puluerem redactę. ℥.i.s. spargatur per coriu
scuti formam habens, ⁊ affundatur oleum nardin
Dein admoueantur igni quoad liquescant singu
⁊ inspergatur cinamomi selecti, nucis moschatę,
ryophyllorum in puluerem redactoruʒ. añ. ʒ.i. ⁊ s
macho admoneantur. Quid multa? medicus h
Corroborantia uētriculum. ⁊ alia uentriculuʒ roborantia adhibeat, qualia su
menta, absinthium, thus, mastichæ, cinamomum, ac
rus (galangam hodie uocant) ʒingiber, garyoph
li, macer, lignum aloēs, calamus odoratus, ⁊ sim
lia, ex quibus uariæ medicamentorum formæ co
poni possunt.

De inflammatione uentriculi. Cap. II.

Causæ. VEntriculi inflammatio haud secus quàm ali
rum corporis partium fit, à cōfluxu sanguin
Signa. copiosi ⁊ calidi. Hanc testantur dolor imme
sus, assiduus, ⁊ qui nullis medicamentis admotis m
tigari potest, tumor, ęstus qui tactu diiudicari possi
Victus. febris, grauitas ⁊ nausea. Victus ratio perinde atqu
in aliis inflammationibus sit tenuis. Vtendum pti
nę cremore, abstinendum à carnibus, uino, ⁊ aliis
bis calidis. Bibat decoctum cinamomi, aut succū m
lorum granatorum acidorum, aut aliorum fructu
frigidorum. Parum loquatur, ⁊ dormiat. Fugiat tr
Curatio stitiam, ⁊ uersetur in aëre mediocriter frigido. C
randi ratio à sanguinis missione auspicanda, mod
plenitudo corporis, ⁊ uirium robur adsint. Incide
da autem uena cubiti interna, ⁊ pro uirium robo
Adstringentia. sanguis detrahendus. Posthęc ea quę adstringunt a
reprimunt, foris ubi dolor ⁊ tumor maxime appa
rent, sunt imponenda. Conuenit in hunc usum ol
um, in quo malum cotoneum decoctum sit, admix
ta simul mastiche apponere. Item succum cotoneo
aut pirorum, adiecta farina hordei, rosis rubeis, san
Puls. talis, bolo armenia, ⁊ similibus, in hunc modū. ℞. F
rin

iæ hordei.℥.i.s.santalorum alborum & rubeoruз, sarum rub.añ.ʒ.ii.boli armeniç.ʒ.i.s.cuз succis la ucę,portulacę,& rosaruз,redigantur in formã pul- ,aut emplastri. Quod si maiori adstrictione opus erit,addendum aliquid erit de succo omphacii(a- estam uocant)aut hipocisthidis,aut rhois(sumach pellant.)Hęc omnia si uehemens sit inflammatio tu frigida sunt admouenda. Quod si aluus nihil iiciat,clysterib.leuibus irritanda erit. Neqз temere ciet,qui ęstus uehementia paululum remissa casiæ stularis.℥.s.intybi domestici succo dissolutã exhi- ebit. Hoc etiam tempore cum adstringentibus medi mentis,quę extrinsecus adhibentur, aliqua qbus iscutiendi inest facultas pmiscenda erunt: ut est fa ina fœnogręci,flores chamęmeli,semen althęę,lini, eiusmodi. Imò cum etiaз nihil amplius affluit, nec epelli quod in laborante particula continetur po- est,solis discutientibus medicamentis utendum,sed emper adstringentia,quę robur illius seruant,admi cenda,id quod Gale.lib.13.Cap.10.Ther.meth.co iosissimè docet. In hunc sanè usum hoc conueniet mplastrum,quod.℞.Farinę seminis lini, fœnigręci añ.℥.s.seminis anethi.ʒ.ii.florum chamęmeli,melilo i.añ.ʒ.iii.absinthii,balaustiarum,rosaruз rub.añ.ʒ. i.hypocisthidis.Ʒ.ii.oleorum chamęmelini, liliorũ alborum,rosacei,mastichini.añ.℥.s.axungię gallinę anseris.añ.ʒ.ii.misce,fiat emplastrum. Ante illius ap positionem,uentriculi regio hoc unguento inunga tur,qđ.℞.Oleoruз chamęmelini,anethini, cotoneo rum.añ.ʒ.iii.pulueris radicis althęę,absinthii,se.lini añ.Ʒ.i.cerę quod satis est,fiat unguentum.

Emplastrum. *Vnguentum.*

De appetitu canino. **Cap. III.**

Caninus appetitus

CAninus appetitus contraria est ammissioni ap petitus passio.plures eniз cibos appetunt sic af- fecti; atqз quuз appetitũ cohibere nequeant, in

ingerendis cibis modum excedunt: deinde mult
dine eorum grauati, & assumptos cibos citra no
mentum ferre non potentes, ad uomitu3 diuert
Postea rursus cibo se explentes, rursus ad uomi
reuertuntur, quemadmodum canes: unde etiam
Causæ. pellationem malum hoc accepit. Fit propter fr
diorem uentriculi temperaturam, uel ab acidos
mores os uentris mordentes & irritãtes. Quippe
gidi humores uitiati, rosione3 quę suctioni prop
tione respondeat inducunt, ciborumq; appetent
excitant: uel propter totius corporis quod ęquo
rius & calidius est immodicam dissipationem, G
Signa. lib. 1. Cap. 7. de Symptomatum causis teste. Frig
uentriculi intemperies ex deprauata concoctio
inflatione, fluctuatione, murmure, ac egestioni
multis depreheditur. Acidi humores ex ructu acio
multaq; egestione & liquida admodum cognosci
tur. Immodica dissipatio ubi causa fuerit, tum u
tris egestiones longe pauciores procedunt, quã3 p
eorum quę ingeruntur modo ac proportione. E
Curatio Acidorum humorum egeruntur, ficciora existunt. Frigida intemperies
ratur ad eum quem suprà diximus modum. Qu
si vero ab humoribus acidis ori uentris impactis l
fit passio, hiera picra Galeni exhibenda erit, quũ
ut suprà Cap. 1. eiusdem Libri commemoratum
ad uitiosos humores uentriculo impactos educe
dos prętantissima sit. Aut si amaritudinem eius a
horruerit, ęger in catapotia digestã exhibe. Et si pi
tosi fuerint humores, prius quæ dissecant calef
ciuntq; deuoranda dabis. Neq3 etiam temere tu3
lia, porrum, satureiam, origanum, pulegium, & qu
his similia existunt, cibis pe,mifcebis. Vacuatis uit
Victus. sis humoribus, ea tandem uictus ratione utantur.
Panis non sit recens, neq; bene fermẽtatus. Cibi sit
pingues, & oleosi. Sorbitiones itaq; conueniunt, q
bus mel & oleum plurimum, gallinaceus adeps a
but

tyrum adiectum est. Ex olerib. malua. Cerebella m, & pinguiores uolucrium partes, pisciumq; eo- m modo, & omnino quę appetitum auertunt, ac sa etatẽ inducunt, & quę magno cumulo accepta mo ce alunt. Vinum bibant colore fuluum, substantia nue, odorumq;, & nulla adstringente sapore prędi- m. Hoc etenim uentriculum excalfacit, & humorũ struit acorem, ut sępe solum suffecerit cum pingui us & oleosis cibis ad perfectam curationem. Exhi endum autem tam ieiunis quàm cibo sumpto, etiã nondum sitierint. Ieiunis autem calidum sanè, aut erte tepidius. Abstinere autem oportet ab omnibus cidis ac adstringentibus cibis ac potibus, maxime ero à fructibus. Bellaria tamen eorum sint, pistacia mygdalę, nucesq; pineę. Lac etiam ipsis exhibendũ, um per se, tum cum melle: ita tamen ut uitemus in is, quib. in stomacho acescere consueuit. in his enĩ maius nocumentum, quàm utilitas consequetur. Probè uero concoctum, non solum appetitum ob- tundit, sed & aluum obturatam emollit, fluxionesq; eius sistit. Apparandę etiam ex ipso lacte potiones & placentę, ut sunt dulciaria, & oryza cum lacte deco- cta exhibenda. Lauare quoq; per interualla opꝫ, cu- ticulamq; ipsorum large cum oleo pinguefacere. Ac isto curationis modo, tantisper dum à morbo libere tur ęger, utendum. Si uero ex immodica dissipatio ne caninus appetitus oritur, tunc eorũ qui hoc mo do patiuntur cutem densare, & spissiorem reddere cõ uenit, cum oleo ex immaturis oliuis expresso, aut ro saceo, aut myrthino, aut alio in quo quippiam ad- stringens ad lentum ignem decoctum sit. Quinetiã optima ratione ęger in aëre frigido ac perspirabili uersabitur. Abstineat autem ab aëre calido, consimi libusq; balneis, ac uini potu, & ab omnibus quæ tum extrinsecus, tum intrinsecus calefacere possunt. Potui autem detur aqua frigida, aut cinnamomi de-

Si ex immodica dissolutione.

coctum. Ducatur æger ad lauacrum frigidum, si q[uidem] nihil id fieri prohibeat: utpote corporis grau[i]tas, aut pars aliqua corporis refrigerata, thorax [i]mirum, aut alia quędam. Cibi ei exhibendi stabi[les] ꝛ ęgre corruptibiles, ut sunt carnes suillę in uig[ore] existentes, maxime uero uentres. Bubulę quoq[ue] p[in]guiores, ꝛ omnia simpliciter pinguia, ꝛ quę uétri[culo in]natant, tardeq[ue]; concoquuntur ac distribuuntur. [Sunt] enim hi, quandoquidem ipsis natura inest acris [ꝛ] mordax, ꝛ ut quispiam dixerit febriculosus calor, [in] eorum numero qui minori negotio bubulas car[nes] ac alia cõcoctu difficilia, quàm saxatiles pisces si[mi]liaq[ue]; cõcoctu facilia conficiunt, ꝛ fusius in pręfati[o] Lib. i. de Alimentis Galenus docet. Ex ouis, ea q[uæ] coquendo sunt indurata, aut sartagine frixa con[ue]niunt. Panis sit non fermentatus, iusculaq[ue]; pingu[ia]. Oryza cum butyro decocta danda. Iuxta proport[io]nem autem quantum malum imminuitur, tantu[m] [e] crassi humoris cibis est detrahendũ, ꝛ ex adstringe[n]tibus forinsecus admotis imminuendũ. Aliquand[o] enim sedata uehementis appetitus accessione, qu[um] corpus ex crudis ꝛ crassis humoribus replet in aliu[d] grauius malum transitio contingit. Inter adstring[en]tia uero, pręter ea quæ antea dicta sunt, ꝛ huic u[n]guento locus sit, quod. ℞. Olei rosacei. ℥. i. oleoru[m]

Vnguentum. Adstringens. myrthini, cotoneorum. ãñ. ℥. s. succi plantaginis. ʒ. i. santalo[rum] rub. mastiches, bistortę, rosaru[m] rub. ãñ. ʒ. boli armenię. ʒ. ii. hypocisthidis, acatię, sãguinis dr[a]conis. ãñ. ʒ. i. cerę quod satis est, fiat unguentum.

De Bulimo. Cap. IIII.

Bulimos. Causæ. Βούλιμος ingens Græcis uehemensq[ue]; fames dici[tur]. βοῦ enim particula aliis uocibus adiecta, si[gni]ficationem earum auget. Fit ex uentricul[i] frigiditate, indigentiaq[ue]; ac uirium imbecillitate, ꝛ fe[re] in totum ab externo frigore initiũ capit. Peregri

natio-

...tiones enim & itinera longa, maxime per niuem fa...a, affectum hunc inducunt. Deprehenditur facile. Signa.
...principio siquidem fames multa adest, quę tamen ...on usquequaq; perdurat. Nam postea repente ani...o linquuntur, cum externarum partium refrigera...one, & spiritus defectione. Curatio huic malo sta... Curatio.
...m adhibéda, quod sint qui in locis desertis, aut in ...alneo, hoc ipso correpti ex instanti, auxilii faculta... destituti perierint. Hi itaq; qui in itinere, aut aliàs ...me magna citra febrem infestantur, aceto, aut pule...io ad odorandum exhibito, aut terra quæcunq; tã...em obtigerit aceto cõspersa, aut malis, aut piris, aut ...liis similibus fructibus qui ad manum fuerint refo...endi sunt. Auxiliatur & panis recens narib. admot⁹ ...a seus bono odoris, caro suilla assata aut cocta & in...niuersum omne quod multum alit, maxime uero ...quod nidorosum ac probè conditum, sufficientéq; ...odorem habet. Per huiusmodi enim odores tales ut ...plurimum refocillantur: quãdo nihil fit, ut diximus ...Cap. 11. Libri secundi, quod odore citius uires refi...cere possit. Extremę etiam eorũ partes fasciis ꝯstrin...gendę sunt, manuumq; ac pedum summitates calidę ...aquę feruentiori imponendę, ipsiq; tum maxilarum ...punctura, tum capillorum ac aurium uellicatiõe ex...citandi. Reuocatis uero iam ab exolutione, panem ...ex uino diluto, aut aliud quippiam eorum quæ acer...uatim uires reparare possunt, offeres: uelut sunt oua ...sorbilia, halica cum uino. Compendiosissimũ enĩ ...auxilium ex cibo sperare possunt: quem etiam si ob...latum acceptare non queant, ori indere oportet uio...lenter, cogereq; ut ipsum transglutiant. Euestigio ...enim à fame, & ab animi deliquio liberantur, & cele...riter excitantur. In hunc etiam usum conueniunt cõ...fectiones ex odoramẽtis uariis compositę, ut est aro...maticum rosaceum, diambræ, dianthos, diamo...schi, alipta moschata, & similes pastilli. Quod si in

febribus(quod tamen raro accidit)bulimos inu
rit,atq; circa exacerbationum declinationez eiu
cessio irruerit,intrepidè cibi sunt offerendi. Si u
in principio accessionis, aut in uigore apparue
per odoramenta ab initio dicta reuocādi sunt ę
maxime per ea quę sunt frumentacei generis, u
est panis calidus nidorem adhuc emittens, & simi
Fricatio etiam partium extremarum adhibeatu
cataplasmata ex palmulis (dactylos nominant)
malis cotoneis,in uino decoctis. Atq; hæc usq;
remissionem facere oportet,ut opportune cibu;
fere liceat. Quod si ex his nihilo melius habeāt ę
audendum est per ciboru; ingestionem auxiliu;
ferre. Cremorem itaq; ptisanæ, aut buccellas un
atq; alteram uino albo & tenui madefactas exhi
bis. His eni; refocillati ac respicientes ex improui
deinceps usq; ad remissionis tempus perueniunt.
Quod aute; liceat in accessione ipsa ęgrotantes
trire,pereleganti historia ostendit Gal.lib.10.Th
methodi Capite.3.ubi multa ad institutum nostru
facientia offendes.

De inflatione uentriculi. Cap.V.

Causæ. INflatur uentriculus ex flatibus in eo generati
Generantur autem ex humoribus in ipso pitui
sis,aut ex cibis in uapores per mediocrem calid
tem resolutis. Perfecta enim frigiditas hoc nomin
quod extenuare ac dissoluere nō sit idonea, null
flatus procreat. Vehemens caliditas cum non tant
extenuet,sed etiam discutiat,flatus generationem i
pedit. Mediocris uero caliditas dissoluit quidem
transmutat cibos,non tamen perfecte conficit: un
Signa. sanè flatuum generatio contingit,ut fusius Gale.
3.de Sympt.causis Cap.7.docet. Accedit sic patie
tibus uentriculi grauitas,& distentio:aliquando a
& tumor,ac eminentia quędam circa os uentriculi
ipsu

ipsum adeò uentrem efficitur, ructusq; inanes fiunt modicè alleuantes, inhibitioq; flatuum, qui per aluũ excerni consueuerunt. Vltra hęc uehemens difficultas spiritus ob septi transuersi compressionem adest ut aliqui non dissimile quiddam suffocationi se pati ęstiment. Leuantur autem cibo infernè subeunte, & flatib. siue per ructus siue per intestina exclusis. Murmura deniq; intus audiũtur. Si itaq; ex cibis pituitosis generatur uentriculi inflatio, uictus ratione extenuante utendum erit, & medicamentis iis quę in Cap. 1. huius Libri dicta sunt. Sin ex mediocri caliditate orta inflatio fuerit, cibis utendum erit concoctu facilibus, & boni succi. Parum etiam comedendum: inedia siquidem huic affectioni summè pfert. Post omnem cibum uinum meracius exhibendum. Vbi somnus etiam accesserit, non parum leuat ęgrotantes. Multum autem potum tanquam infestissimũ hostem deuitent. Fructuum quoq; atq; olerum humidorum esum semper habent suspectum. Soliis etiã calidiorib. utantur. hęc enim, Paulo lib. 1. Cap. 51. teste, mitigant, emolliunt, flatusq; ubicunq; fuerint discutiunt. Quod ad medicamenta ipsa attinet, bibant hoc decoctum, quod. ℞. Calaminthę, mentastri, chamęmeli, origani, mentæ, pulegii. añ. M. 1. absinthii. M. s. seminũ anisi, apii, cumini, dauci, oreoselini, fœniculi. añ. ʒ. iii. seminũ urticę, carei. añ. ʒ. ii. radicis inulę campanę. ℥. ii. Decoquantur in aqua quãtitatis iustę, quo ad tertia pars absumatur. Dein coletur, & saccharo sufficienti dulcescat, adiiciantur q; syrupi de calamintha. ℥. iii. & fiat potio, de q (ut moris est) una uice dentur. ℥. iiii. Vel utendũ ista (ut uocant) tragea quæ. ℞. Specierum dianisi, diacumini, diacalamenti. añ. ℈. ii. seminũ anisi, carui, dauci, fœniculi. añ. ʒ. i. cubebarum, gariophyllorũ. añ. ℈. ii. zingiberis. ℈. i. piperis. ʒ. i. sacchari lib. s. misce, fiat tragea. Glãdes quoq; cõfidenter & citra dilationẽ supponendę sunt, ex reb⁹

Curatio

Decoctum

Tragea.

Glandes.

flatus prolectantibus, in hunc modum formatæ. ℞. Mellis cocti. ℥.ii. seminu; rutę, cumini, fœniculi. añ. ℈.i. semis carei, anisi. añ. ʒ.s. salis. ℈.ii. misce, fiat glās.

Clyster. Aluo autem adstricta, clyster infundendus, qui. ℞. Decocti superioris lib. i. bñdictę laxatiuę. ʒ. vii. oleorum absinthii, rutę, anethini, añ. ℥, i. pinguedinis anseris & gallinę, salis expertium. añ. ʒ. ii. s. salis. ʒ. i. misce, fiat clyster. Extrinsecus etiam uentriculus in hoc affecto cum oleis iam dictis inungendus. Aut lana in fasciculum conuoluta, & iis oleis leuiter calidis madefacta imponenda: lanæ quoq; sic conuolutæ cuminum tritum, aut apii semen, aut anethi inspergatur.

Ceratum. Aut imponatur uentriculo hoc ceratum, quod ℞. Oleorum rutacei, anethini, nardini, laurini. añ. ℥. i. farinæ seminis lini, fœnigręci. añ. ʒ. i. s. seminis apii, carei. añ. ʒ. i. baccarum lauri, centaurii minoris. añ. ʒ. i. s. gummi ammoniaci, opopanacis. añ. ʒ. ii. cerę & resinę quod satis est, fiat ceratum.

cucurbita magna. Cęterum cucurbita bonę magnitudinis umbilicum undiq; cōprehendēs cum flamma copiosa sæpius admota, prędidium in hac passione est, quod incantamenti cuiusquaʒ simile efficit, Galeno etiam lib. 12. Ther. meth. autore. Castoreum etiam ex posca potum, tum extrinsecus cuʒ oleo anethino appositum prodest.

De singultu. Cap. VI.

Singultus. ΛΥγμὸς gręcè, latinè singultus, est motus uētriculi, qui ueluti eius conuulsio est, ab expultrice facultate noxia uolentis extrudere factus.

Causę. Accidit uel ex plenitudine, uel euacuatione, aut ob humores acres & medicata qualitate pręditos, aut cibos acres & mordaces. Item propter frigiditatē, & alimenti corruptionē, quo sanè nomine maxime oiuʒ pueris frequentes singultus eueniunt. Fit ēt in febribus singultus, stomacho pręsertim, aut aliquo alio

Signa. uiscere inflāmato. Causę extrinsecę facile ex ęgri aut

assiden-

ſidentium ſermonibus dignoſcuntur. Plenitudo x grauitate, euacuatio autem ex iis quæ præceſſe- int. cibus corruptus ex illius nidore. acria, ex mor icatione. Singultu itaq; à frigiditate oborto, oleũ n quo ruta, cuminum, & abſinthium ſint decocta, ına exceptum ſtomacho imponendum. Oleum etiã aſtichinum, & de caſtoreo inunctum prodeſt. Pue- os calidorum lintheorum admotio interdũ iuuat is qui ętatis integrę ſunt, in potu uinum, aut apiũ n aqua mulſa decoctum, aut cuminum tritum, aut ſarum, aut pulegium, quodlibet eorum per ſe, aut ſi nul mixta exhibenda. Vtile eſt & acetum ſcylliticum orbendo acceptum. Deniq; ſpiritus retentio, quę ca orem auget, Galen. lib. 2. de Sympt. cauſ. Cap. 6. te- e, præſens eſt remedium. Quando uero ex pleni- dine ſingultus oboritur, uomitus optimum reme ium fuerit. Craſſis autem exiſtentibus humoribus, um oxymelite ſcyllitico, calaminthæ, praſii, & ſimi ium iam ſępius commemoratorum decocto exte- uandi & incidendi ſunt. Deinceps ea quæ in diuer- um humorum copiam trahunt, ſunt adhibenda. In uem uſum conueniunt ea quæ per inferna purgãt, otiſſimũ uero clyſteres, extremarũ partium frictio constrictio, cucurbitulę, cum plurima flamma tho aci, ſtomacho, & dorſo affixę. Sternutatio etiam cõ- uenienter eis prouocatur. nam Hippocrate teſte, à ſin gultu habitum ſternutatio ſuperueniens liberat. Sic tiam uociferatio concinna cum plurimo clamore deambulatio longa & concitata, equitatio, & compſ io ſpiritus conferunt. Ventriculus etiam roboran lus erit per ea quę intrò ſumũtur, ut ſunt confectio nes in hoc in officinis paratę. Extrinſecus oleis, un- guentis & emplaſtris in præcedentibus Capitib. pro- ductis. Singultus autem ex euacuatione ſanatur per alimenti conuenientis aſſumptionem, & per ea quæ defectum explent, quę partiũ ſuprà ſunt dicta, & copio-

Curatio Singultus ex frigiditate.

Singultus ex plenitudine.

Auerſio.

6. aph. 13

Singultus ex euacuatione.

copiosè in curatione hecticæ febris dicentur. Non mediocriter autem & hic conducit, uertebras ceruicis & dorsi oleo humectante, uiolaceo & amygdalarum dulcium nimirum, perungere. Porrò mordacib. reb. singultum excitantibus, primum sufficiens remedium uomitum ipsum reperiemus: deinde sensus etiam stupefactionem & morsum inferentium alterationé ac discussionem. Stupefiunt itaq; sensus per refrigerantia. in quem sanè usum philonium exhiberi potest aut pilulæ de cinoglossa, quæ in hoc casu mirifice conferre solent. Debent ex una drachma confici sex pilulæ, de quibus unam antequam cubitum eat æger sumat. Alteratur autem mordacitas per attenuantia & exiccãtia. Eiusmodi mixtæ facultatis est subiectus pastillus, qui. ℞. Costi, croci, spicæ nardi, rosarum uiridium, mastiches. an. ℥. s. asari, aloës. an. ʒ. ii. opii. ʒ. i. cum succo psilii fiant pastilli, de quibus detur. ʒ. s. uel ʒ. i. Commendatur hoc pharmacum à Galeno libr. 8. de Compo. medica. secundum locos, Cap. 3. pluribus uerbis. Obtundit etiam mordacitatem, & ex eo obortum singultum sedat, intybi succus potatus, cucumeris semen decorticatum tritumq; bibitum. lactucæ semen eodem modo: item portulacæ succus potatus, ipsaq; portulaca in cibo sumpta. Myxarũ quoque decoctum (sebesten hodie uocant) in potu acceptum. Maximè tamen omnium præstat lac asininum, aut si hoc non adsit, bubulum recens mulctum bibitum. In eum usum exhiberi potest saccharum rosarum aut uiolarum, diarhodon abbatis, diatriasandali, iuleb uiolarum, & eiusmdi.

Singultus ex mordacitate.

Pilulæ de cynoglossa.

Pastillus.

De cholera. Cap. VII.

Cholera.

Χολέρα Græcis, & cholera Latinis, est uomitus biliosus, nidorosus & acidus, ad plures horas perseuerans, & uenter infernè eadem simul excernit. Barbari cholericam & choliricam passionem noiant.

Qui hoc malo afficiuntur, Gręcis χολεριᾶντες, ⁊ Latinis cholerici appellantur. Est ob multam cruditatem, quæ nonnunquam ex magna alimentoruȝ prauitate, interim ex uitiosorum, humorum copia origi nem ducit. Signa quibus deprehenditur maluȝ hoc, manifesta sunt: nam suprà infraq; excernunt. Sitis etiam sequitur, impeditus pulsus, musculorumq; ma nuum ⁊ pedum, maxime uero surarum contractio ⁊ tensio. Quum itaqȝ malum hoc acutissimum sit, ⁊ grauissimam syncopaȝ, si paulo diutius duret, indu cat, accurata opera danda erit, quo confestim ⁊ sine mora huic succurratur. Nemo igitur ubi copia uitiosorum humorum malum hoc conciliauerit, mox in principio, aut confertim ea quę efferuntur cohibere aggrediatur. inutilia enim cum sint, euacuatione indigent. quare si nauseabundus ęger est, ⁊ turbatur, cibis etiamnum crudis in uentriculo manentib. aqua tepida propinari debet: deinde uomere oportet, digito uel pinna ori indita. Neq; tamen cũ aqua mulsa, neq; aqua cum oleo mixta uomitus citandus quod hęc fluxiones augeat, illa uero mordacitatem operetur, ⁊ torsiones augeat. Adiuuare etiam oportet per sedem excretionem. alienum enim uelut uene num insidens, ⁊ uentrem ac intestina rodit, ⁊ humo res ex uniuerso corpore attrahit. Propinanda auteȝ leuissima purgantia medicaméta, ut est aloẽ, casia fistularis, myrobalanorum decoctum, ⁊ similia. Postquam aluus exinanita est, conquiescere oportet, ⁊ uẽ triculum ac hypochondria oleo mastichino, uel nar dino, uel de absinthio fouere conueniet, somnuȝq; accersire. Prędictis oleis admiscenda interdum alia quę uentrem roborare possunt, de quibus suprà dictum est, ⁊ unguenta conficienda. Vbi iam exacta ap paruerit concoctio, balneo aquę dulcis, ⁊ cibis boni succi utendum est. In quorum numero est iusculum pulli gallinacei cum omphacio. Carnes item

auicu-

Causæ.

Signa.

Curatio.

auicularum montanarum, perdicum, oua sorbilia, & eiusmodi. In potu utendum uino tenui, odorato, & adstringente, aut succo malorum granatoruz, aut sy rupo rosaceo, aut aqua in qua chalybs ignitus sit ter aut quater extinctus. Quuz uero perseuerauerit ma lum, & gracilitas per ambitum corporis fiat, & maxi me si uenter considat, pulsus minor densusq; euadat tunc sanè extremas corporis partes uinculis adstrin gere, ac oleo multo calido impinguare oportet. Cataplasmata etiaz & emplastra ex adstringentibus & ro borantib. composita, uentriculo imponenda. Sunt autem eiusmodi, quę ex palmulis, hypocistide, acatia rhu obsoniorum, bolo armenia, thure, balaustiis, ro sis, ac myrti fructibus componuntur. Efficax quoq; remedium est, si linteum in succo maloruz syluestriũ madefactum uentriculo imponatur, aut hoc ceratũ, quod. ℞. Oleorum rosacei, myrthini, cotoneorum. an. ℥. i. mastiches, thuris, acatię. an. ʒ. ii. hypocistidis. ʒ. i. santalorum alborum & rub. an. ʒ. i. balaustioruz, sanguinis draconis. ʒ. s. boli armenię. ʒ. i. ceræ & resi næ quod satis est, fiat scutum stomachale. In potu ue ro frigida aqua cyathi mensura, hoc est. ℥. i. s. absor benda præbeatur. Cauendum tamen ne nimium fri gida existat. hæc enim aliquando innatum calorem stupore suo extremè offendit, aut inflammationem stomachi aut uisceris alicuius efficit. Instilletur autẽ huic interduz mali punici acidi succus modicus, aut rosarum, uel pampini uitis decoctuz. Quod si acrio ra sint ea quæ excernuntur, uexetq; ardor & sitis, cu cumeris semen cum aquæ cyathis tribus præbeatur. Datur etiam utiliter cum amylo. Tum etiam intyb & lactucę in posca coctę exhibeantur. Post uero som nus procurandus, & quies omni modo. Verum si flu xio sisti nequeat, uinum quoddam mediocriter ad stringens, neqz uiribus ualidum, & quod dulce qui dem sit, non autem odorum, potui dandum est. In

Scutum stomachi.

teran

-rant uero in ipsum micas panis, atq; ita paulatim per interualla absorbeant. Vini tamen multitudo -tanda est, ac omni arte conandum ut ipsos sopia-ris, ex rosis, pampinis, rubo, & similibus pauimen-to constrato. Odoraméta quoq; naribus admoueã-tur, rosę, mala cotonea, & eiusmodi. Illitiones etiam soporiferę circa frontem adhibeantur. Aluo autem adhuc egerente, amylum cum decoctione capitũ pa-paueris per clysterem infundatur: simul enim cohi-bet, refrigerat, & somnum inducit. Ad uomitiones -ro coercendas, succum malorum cotoneorum, pi-rorum punicorum, & mespilorum deuorare conue-nit. Si ne his quidem auxiliis cibum retinent, extrin-secus contra uentriculũ ipsum cucurbita leuis quã maxima admouenda est. Ad contractiones autem in musculis factas, linimenta oleo calido imbuta mu-sculis circumponere oportet, & cerata humida seu unguenta, quibus adiectũ sit aliquid castorei, & olei -ini, quorum copiam in Cap. de Resolutione & cõ-uulsione offendes. Vbi morbus inclinauerit, ad bal-neum deducendi sunt ęgri, cibisq; reficiendi erunt, pullis gallinaceis, columbis, gallinis, perdicibus, pa-lumbis, turdis, & consimilibus.

Somnus ut conci- liandus.

De diarrhoea. Cap. VIII.

Diarrhoea

Διάῤῥοια Grecis est, copiosum sine exulceratione & inflammatione alui profluuium. Fit propter imbecillitatē instrumentorum uentris, alimē-ta copiosa humidiora & uiscosiora, eorundemq; cor-ruptelam, mordicationem item in uentre cõtentorũ, defluxum quorundam è supernis ad uentris spacia, im-becillitatéq; retentricis facultatis. Notę quib. causę discernuntur, manifestę admodum sunt. Si enim ob imbecillitaté fit instrumentorum concoctioni seruié-tium, uentriculi nimirum, intestinorum, iocinoris & lienis, ex propriis Capi. petéda signa erũt. Sin ob alimé-

Causæ.

Signa.

torum

torum,prauorum ingestione3 accidat diarrhœa, partim de ęgri sermonibus,partim ex iis quę excernuntur disci potest. Si enim biliosa fuerint, flauo colore excrementa infecta erunt,neq; citra mordicatione3 ⁊ caloris sensum eiicientur. Aderit etiam oris amaritudo,sitis,tenuis habitudo corporis,⁊ alia quæ habitum biliosum ostendunt. Sin pituitosa fuerunt,cótraria prorsus quę per aluum excernuntur erunt. Si à capite in uentrem confluunt humores, egestiones spumosę erunt,cerebriq; temperies humida. Si à plenitudine totius corporis oriatur , aut iudicatorius sit alui fluor,signis quæ in Commentario de Plenitudine,⁊ in libris de Crisib. à Galeno dicta sunt,deprehendetur. Cæteru3 si ab imbecillitate instrumentorum alui profluuium excitabitur,intemperies quę imbecillitatem parit,suo contrario,quemadmodum Cap. 1 .huius Libri diximus,corrigenda erit. Si autē propter alias causas fluore aluus laborauerit , ⁊ natura per hunc quæ noxia sunt ⁊ superuacua expellere tentauerit,quiq3 eo correpti sunt facile tulerint, tu3 usquequo natura omnē suam curam impenderit expectare,aut ipsius etiam motus adiuuare conuenit . Etenim obluctari ⁊ excretionis cohibitionem moliri,maiorem morbum facit. Si quidem quæ cohibentur,sursum perlata dolores capitis,aut phrenitidas,aut lethargos,aut parotidas inferunt,planè periculosos . Quare in principio ea quæ in corporis commoditatem utiliter excernuntur,minime inhibere oportet. Postquam uero iam diutius perseuerauerit fluor,non solum superuacua euacuans, ueru3 habitum corporis ueluti colliquans,uiresq; consumē, tunc sanè resistere eis oportet,tum per ea quę per os sumuntur, tum quę per anum infunduntur , atq; ea quę extrinsecus imponūtur. Si itaq3 biliosa pura excrementa prodierint , in magis salubria permutare ipsa oportet,non tamen per cohibitionem stati3 eo

curare

Curatio

Alui profluuium non temere sistendum.

Biliosæ diarrhoeę Curatio.

are. Biliosum enim tum in uentre, tum in ieiuno
testino aggregatum, atq; post coaceruationem re-
tum, maximopere lędet. Nam & stomachum sub-
tit, & uiscerib. inflammationes infert, & sitim accē
, & febres instaurat, omnesq; prædictas in capite
siones efficit, atq; in totum grauius malum red-
. Quod si igit humores biliosi in corpore copio-
uerint, natura per medicamenta leuia, ut est dilu-
; rhabarbari, casia fistularis, cortices myrobalano
m luteorum, aut mel aërium (mannam Arabes uo
nt) iuuanda erit. Lac tandem bubulum aut capri-
um tepidum, recens mulctum ac potatum exhiben
um, aut ad ignem decoctum, assidueq; agitatum do
c ad tertias sit reductum, quod ipsum & per fluuia Lac co-
s silices, ferriq; laminas igni cǎdefactas, ac in lacte ctum.
tinctas fieri potest. In decoquendo autē superstan
m concretionem siue spumam auferre op3. Hoc sa
e nullum compendiosius remedium ad fluxiones
iliosas reperire poteris. Quandoquidem autem fe-
ricitantibus lac ipsum in nidorem aut etiá acorem
onuerti consueuit, maiusq; nocumentum quā3 cō
odum inferre, sanè in pręsens ipsum exhibere uita
imus. Aquę uero quarta parte ad lac ipsum affusa,
ecoctionem faciemus, donec dimidium eius consu
natur, atq3 hoc modo exhibebimus. Si autem in in-
estinis aggregata bilis fuerit, clysteres ex hordeo de-
octo, sacchāro rubeo, oleo rosaceo, ouorum uitel-
is, & similibus confectos iniicere oportet. Biliosis
uacuatis humoribus, intrinsecus ea quæ adstringūt
& roborare possunt exhibenda, ut sunt saccharu3 ro
saceum, diacitoniten sine speciebus, diatriasantali,
pastilli de spodio, miua cotoneorum, & eiusmodi. Diarroeæ
Extrinsecus etiam quę idem possunt imponenda me ex pituito-
dicamenta, de quibus paulo pòst dicemus. Porrò in sis humo-
diarrhœa ex humoribus crassis & uiscosis, ac eorun- ribus cu-
dem corruptione facta, haud secus quàm in prio- ratio.

re à purgatione auſpicanda curatio erit. Exhiben-
itaq; in hunc uſum agarici dilutum cum myroba-
nis empeliticis, aut aliud quod prędictos humo-
educere poſſit. Conueniunt etiam clyſteres, poti-
mum ſi in inteſtinis uiſcoſorum humorum copia q
aceruata fuerit, ex centaurii minoris decocto, ol
rutaceo, & ſimilibus. Intro corpus exhibenda di
toniten cum ſpeciebus, zingiber coctum, & alia q
calefacere & exiccare poſſunt. Extrinſecus etiaz q
robur addunt admouenda. Si ob retentricis facu
tis imbecillitatem orta fuerit diarrhœa, ea ſunt a
benda medicamenta, quę ad alias fluxiones alui i
modicas admouentur. Irrigationes itaq; ex oleo
phacino aut roſaceo, aut melino, cum uino aliq
auſtero. Efficacius autem his eſt myrthinum, ſi ue
mentiori opus eſt adſtrictione. Gallas etiam, mali
riuz, & balauſtia in oleis prędictis incoquere licet
Perſeuerante autem adhuc fluxione, emplaſtra &
rata ex adſtringentib. & exiccantib. apparata, impo
da erunt, quorum aliqua in Cap. de Lienteria dee
bemus. Eſt autem in primis hoc efficax & parabile,
℞. Mora prę immaturitate adhuc acerbiora & alb
tia ſeptem, quibus ubi probè contuſa fuerint, addi
tur olei roſacei. ℥. ii. cerę. ℥. i. & fit ceratum. In potu
ro accepta, uentris fluxiones, poſt ſufficientem in
lium euacuationem, ſanant, cuminum, adianti de
ctum, ſpinę albę radix, apii ſimiliter ſemen drach
pondere datum. urinam enim irritat: fluxiones ad
teſtina factas, eò diuertens. Mora etiam immatura
adhuc acerba, ad ſolem pluribus diebus exiccata, c
inde repoſita, uſuq; expetente trita & bibita, mir iſ
aluum reſtringunt. Contunduntur quoqz & obſ
ſoniis admiſcentur, quemadmodum rhus (ſuma
nominant) conſueuit. Interdum enim eius. ℥. i. cu
pullo gallinaceo decoquitur. Magis tamen aluu
cohibent rubi mora immatura, & acerba, eodem n

Diarrhoę ex imbecillitate retētricis facultatis curatio.

Simplicia adſtringētia aluum.

Ceratum.

iccata, & in potu exhibita. Inter cópositas medi mirifice conferunt, pastilli de spodio, theriaca, coniten, diatriasandali: & hęc, quę. ℞. Specieruȝ iasandali, specierum diarhodon abb. añ, ℨ. ii. co rum rub. thuris electi, rosarum rub. añ. ʒ. s. spo . i. seminis acetosę, rhois obsoniorum, id est su n. añ. ℨ. i. balaust. acatię. an. ʒ. s. mastiches. ℨ. s. bo nenię. ʒ. i. sacchari candidissimi. ℥. viii. dissoluti qua plantaginis, fiat confectio in morsulis. Aut ecligma, quod. ℞. Sacchari rosacei ueteris, diaci iten sine speciebus, rob de ribes, rob de oxyacan id est de berberis. añ. ℥. s. miuę cotoneoruȝ simpli . iii. diamoron. ʒ. v. specierum diatriasandali. ℨ. rallior rub. ℨ. i. spodii. balaust. añ. ʒ. s. boli arme ʒ. i. cum syrupo myrthino, fiat ecligma. Cęteruȝ n aquam nunquam non parataȝ habebis, quę. ℞. ois obsoniorum quartam unam, aquę pluuialis iii. in quibus die & nocte sumach maceretur, dein iat, & rhu bene ac ualide exprimatur. In ea siquidē a oryȝa, milium, & alii cibi coquantur, aut saltem qua illis portio affundatur. Si propter defluxum aliis corporis partib. diarrhœa accidit, curatio ex opriis capitibus petenda erit. uerbi gratia, si ex ca e defluxio fit, ad ea quę in Capite de Curatióe de llationis dicta sunt, recurrendum erit.

Composita cohibentia aluum.

Cófectio in morsulis.

Ecligma.

Aqua.

Diarrhoeę ex defluxu humorum e supernis orta curatio

De lienteria. Cap. IX.

Λειεντερία, quemadmodum ipsum nomen indicat, leuor quispiam intestinorum est: passio nimirum, in qua intestina cibos non retinent, sȝ ntequam in uentriculo coquantur, celerrime excreta dilabuntur non cocta, sed qualia antè sumpta ierunt. Latinis itaq; leuitas, aut leuor intestinorū ici potest. Oboritur auté frequēter, dysenteria ma na pręcedente, & ex profunda ulceratione, cicatrice ensa & leui succedente, quæ deinde ob densitatem

Lienteria.

Causæ.

quidem suam, ciborum per corpus digestione
ri non permittit, quum sanè uenarum ora sin
ti obturata: uenarum inquã, quæ alimentũ
testinis ad se auellunt. Ob lenorem uero cibu
tim, & priusquam permutationem & perfectã conc
nem admittat, dilabi sinit. Fit nonnunquam ex i
litate facultatis cibos in uentriculo concoq
ac digerentis. Hac enim imbecilla, nec coqu
nec digeruntur alimẽta: sed cruda, humentia, i
fecta, nihilue immutata excernuntur, aluo co
ter fluida. Interdum etiam post longum uentri
fluuium oboritur. Aliquando etiam aqua int
tem per uentrem euacuata, lienteria consequi s
Signa. Ex quacunque igitur causa lienteria orta sit, ęg
bum non sentiunt, & malum corporis habitum
runt. Succedit itaque ęgris assidua excretio cru
lore subalbida, inęqualis, & aquosissima, citra s
nis ac bilis complexum. Adest autem simul &
per tota hypochondria se dilatans, quem cibi
Curatio mitatur fastidium. Cęterum quum eiusmodi
fit, facile est intelligere quod facultatem retent
& concoctricem tum uentris tum intestinorum
ni modo refocillare oportet: id quod in prim
ciborũ conuenientium exhibitionem fieri pot
uictus rationem restituendis ac refocillandis
aptam. Conueniunt itaque carnes auicularum n
narum, pulli gallinacei assi, in quorũ uentre
aut mastiche imponi etiã debet, & alia quæ in
sequenti de Dysenteria cõmemorabuntur. Vin
bendum adstringens. Cibus autẽ qui exhibetur
Curatio lienteriæ ex imbecillitate facultatis cõcoctricis. titate paucus sit, & concoctu facilis. Potus etiam
guus sit: multus enim, uentris fluxionibus omn
infestissimus existit. Si itaque ex imbecillitate fac
tis concoctricis fit lienteria, eodẽ modo quo i
pite de Imbecillitate uentriculi dictũ est curetu
tro enim & extra corpus adhibenda ea quæ ads

,& tam uentriculum quàm intestina roborare
unt. Exhibendus itaq; syrupus de absinthio, aut
ta, confectionesq; aliæ uentriculum corroborã
Extrinsecus uero admouenda sunt ea quæ in Ca
de Diarrhœa dicta sunt, & in sequenti de Dysen
Cap. dicetur. Conueniet autẽ in primis hoc un
ntum, quod. ℞. Oleorum masthichini, de absin- Vnguentum.
, de menta, myrthini. añ. ℥. ii. pulueris cinnamo-
electi, gariophyllorum, galangæ. añ. ʒ. i. balaust.
arum rub. añ. ʒ. s. ceræ quod satis est, fiat unguen
n. Vel hoc ceratum, quod. ℞. Oleorum mastichi Ceratum.
de absinthio, cotoneorum. añ. ℥. i. olei de menta.
. calami odorati, gariophyllorum, thuris. añ. ʒ. i. lĩ
i aloës. ʒ. s. rosarum rub. santalorum alborum &
beoruȝ. añ. ʒ. s. mastiches, cumini. añ. ʒ. i. hypocisthĩ
, acatiæ, rhois, hoc est sumach. añ. ʒ. i. s. galliæ mos-
hate. ʒ. i. cum cera & resina quod satis est, fiat cera-
. Porrò quib. cicatricem factam esse coniectamus, Si a cicatrice facta lienteria oriatur.
etiã acrium reꝝ comestiones frequentiores aptæ
istunt. Acrium enim rerum comestio uelut refrica
onem quandam cicatricuȝ operatur, quin & insitũ
lorem reuiuificat, & concoquendi facultateȝ quo-
ammodo refocillat. Conuenient itaq; in hoc casu
Gal. Cap. 9. artis medicinalis autore, quæ sufficien
er abstergunt, & parũ adstringunt. Admiscẽda itaq;
emper adstringentib. medicamentis abstergentia. In
liis causis lienteriæ omnib. eodẽ curationis mõ vtẽ
ũ est, quo in diarrhœa & dysenteria affectis utimur.

De dysenteria. Cap. X.

Δυσεντερία proprie Græcis exulceratio est intestĩ Dysenteria.
norum. Latinis tormina, quod intestina dolo
re torqueatur, nominatur. Fit interduȝ à cau Causæ.
sis extrinsecis, ueluti frigiditate, ardore, & humidita
te. Item malignorum medicamentorum potu, scam-
moniæ scilicet, & similium. A fructuum comestione,

cruditatibus,acrium ciboꝝ acceptione,ab humoribꝰ mordacibus ꝛ acribus ex uniuerso corpore ad uentrem cōfluentib.aut in ipso natis. Hęc quidem nunc ex tenesmo,nunc per se incipit. Excernuntur primū biliosa,uaria,subpinguia:pingui nimirum quod intrinsecus intestinis adhęret,paulatim circumliquefacto. Quum uero superficies intestinorum perfecte fuerit denudata,exulceratioq; superne consistit,feculenta ac cruenta excernuntur. Vbi autem altius penetrauerit ulceratio,etiam sordes pelliculas admixtas habentes expelluntur. Et si non celeriter cohibeatur,uicinos locos depascitur:saniosa uero quędam excernuntur,qualia à mortuorum cadaueribus defluere consueuerunt. Si quidem igitur ab exulceratione cruenta stercori commixta,cū labore ꝛ tormīnibus,mordacitate ac exolutione,ut non procul ab animi deliquio ęgri absint,deiiciantur,à sitiq; infestentur,ꝛ febricitent,ulceratio tenuia intestina obsidet. Sin autem sincera ac multa egeruntur stercora, ꝛ coaceruata,ꝛ cum flatibus prodeāt,pinguia quoq; iis commixta fuerint,ꝛ cruor supernatauerit,in crassis intestinis ulcus consistere credendum est. Id qdē nosse,non mediocriter ad curationē conducit. Nā si in superioribus intestinis ulcus est,ab epotis medicamentis pręsidium petendum est:si uero in crassioribus,clysterem subiicere magis conuenit. Principium curationis dysentericorum à quiete ꝛ modico cibo fiat,undecunq; tandem fluor procedat. Permittentibus itaq; febribus, lacte recens mulcto adhuc calido utendum est:aut pro eo lac coctū,quod in Cap.de Diarrhœa descripsimus,exhibendum. Primū enim lac depurgat,simul ea quę in corpore sunt contemperando:postremum uero aluum sistit. Opꝫ autem insuper ꝛ panem madefactū,à lactis acceptione offerre. Pultes etiam ex lacte apparatę,tum medicamentum, tum nutrimentum optimum præbent: uelut

Signa.

Quando exulceratio in tenuioribus intestinis consistit. Si in crassioribus.

Victus.

uelut est oryza cum lacte, amylum, & oua lacti commista. Sorbitiões quoq; aut pultes ex alica, milioq;, adiecto rhoẽ, conueniunt. Apparanda item puls ex siccis panibus affusa posca, aut palmarum, aut malorum cotoneorum, aut pirorum, aut rhois succo. Lenticula quoq; probè assata cum plantagine, aut malis cotoneis contusis decocta exhibenda. Olerum usus non est necessarius, attamen degustandas exhibebis, ierin seu endiuiam coctam, plantaginem, brassicãq; bis coctam, Damus & ouorum assatorum lutea. Carnes dysentericis non ualde commodę existunt, dandæ tamen eis qui diuturno malo uexantur. Ex iis autem prę cæteris uolucrium eligendæ, perdicis nimirum, palumbium, & montanarum auicularum. Ex pedestribus carnes caprę & leporis conueniunt. In potu à principio quidem aqua pluuia, quæ non sit ex ędibus plumbo intectis delapsa, utendum est. talis enim aqua sanis etiam potata dysenteriã conciliat. Quod si pluuia optima non adsit, fontana in qua chalybs ignitus extinctus sit, utemur. Si uero laborauerit stomachus, aut ubi uires fuerint deiectę, etiã uinum prębendum. Sit autem adstringens, & nõ ualde uetustum. Somnus optimum dysentericis remedium. Quod ad curandi rationem attinet, sciendum quidem utenduz esse remediis adstringentibus obtundentibus, resiccãtibus, & urinam mouentibus, atq; adeò fluxionem transferentibus. Quæ adstringunt, hæc sunt: lapathi semen, rhus (sumach uocant) galla, malicorium aridum, rubi radix, ladanum, acatia, hypocisthidis, balaustium, folia salicis, symphyti (consolidam maiorem nominant hodie) radix, folia & semen: rhẽon ponticum, si haberi potest: altheæ radix, equisetum. coralli, mastiche, coagulũ leporis, sanguis draconis, cortex thuris, lemnia terra, uerbasci radix, mora acerba, acini uuę, plantaginis semen, similiter folia & radix, maceris cortex. Obtundunt

Potus. (margin, beside "potu à principio")

Curatio. (margin, beside "dium. Quod ad curandi")

Adstringentia. (margin, beside "atq; adeò fluxionem")

Obtundentia. (margin, beside "sci radix, mora acerba")

autem & contemperant humorum morsuz & acrimoniam, amylum, tragacantha, gummi arabicuz, adeps caprinus, hircinus, & suillus, anserinus ac gallinaceus. Resiccat coagulum leporis, cornu ceruinum ustum, testę cancrorum fluuialium, & saluia. Vrinam mouentia pete ex suo Capite. Quod si itaq; crassiora intestina exulceratione laborant, clysteres adhibeantur, primum quidem abstergendi ui præditus, q̄lis est qui. ℞. Aquę decoctionis hordei integri lib. i. mellis rosacei colati. ℥. i. sacchari rubei. ℥. s. uitellos oui nu͂m. ii. olei rosacei. ℥. iii. misce, fiat clyster. Facta abstersione, ea quę glutinare possunt infundantur, quale est quod. ℞. Rosarum rub. plantaginis, foliorum symphyti, polygoni (corrigiolam uocant) uerbasci. an̄. M. i. gallaruz, rhois obsoniorum. an̄. ʒ. ii. bursę pastorię. M. s. balaustiorum. ʒ. i. oryzę tostę. ℥. i. radicis symphyti. ℥. s. Decoquantur singula in aqua chalybeata, donec tertia pars absumatur. Dein. ℞. Colaturę lib. i. succi plantaginis. ℥. ii. acatię, hypocisthidis. an̄. ʒ. ii. boli armenię, sanguinis draconis. an̄. ʒ. i. adipis caprini. ℥. i. oleorum rosacei, myrthini. an̄. ℥. i. s. misce, fiat infusum. Interdum dolor tam uehemens est, ut non solum obtundentia, uerumetiam stupefacientia medicamenta sint iniicienda. In quem sanè usum co͂uenit hoc uti clysteri, quod. ℞. Lactis caprini aut uaccini lib. i. butyri salis experti. ℥. i. adipis caprini. ℥. i. s. tragacanthę gummi arabici. an̄. ʒ. i. uitellos ouorum numero. iii. M. pilularuz de cynoglossa. ʒ. i. olei rosacei. ℥. iii. misce, fiat clyster. Si uehementiori stupefactione opus fuerit, opii grana aliquot pro pilulis de cynoglossa adiice, nempe tria aut quatuor. Cęterum si in tenuibus intestinis exulceratio consistit, tuz remedia q̄ per os sumuntur, magis desiderat. Co͂uenit itaqz decoctuz ex rebus adstringentibus suprà co͂memoratis, adiectis syrupis rosaceo & myrthino, cu͂ aliis q̄ in Cap. de Diarrhœa dicta sunt, exhibere.

Resiccantia.

Si crassiora intestina exulceratione laborauerint.

Clyster abstergēs.

Infusum conglutinans.

Dolor leniens infusum.

Si in tenuibus sit exulceratio.

Potest etiam hoc medicamentũ assumi, quod. ℞. Decocti radicis symphyti, aut alterius medicamenti adstringentis. ℥. iii. syrupi rosacei. ℥. i. syrupi myrthini. ℥. s. pulueris trochiscorum de spodio, seminis plantaginis, boli armeniç. añ. ʒ. ii. misce, fiat potio. Extrinsecus pręter ea quæ commemorata sunt in Capitib. de Diarrhœa & Lienteria, admouendum erit hoc ceratum, quod. ℞. Oleorum masticini, rosacei, myrthini, cotoneorum. añ. ℥. i. farinę hordei, fœnogręci, añ. ʒ. i. s. rosarum rub. plantaginis. añ. ʒ. i. balaustiorum, sanguinis draconis. añ. ʒ. s. boli armenię. ʒ. i. hypocisthidis, acatię, mastiches. añ. ʒ. ii. cum cera & resina q̃ satis est, fiat ceratum. Possunt & multa alia ad exemplum illius componi, quę commemorare singula & superuacaneum & inutile iudico.

Extrinsecus quæ adhibẽda Ceratum. optimum.

De tenesmo. Cap. XI.

Τεινεσμὸς est assidua & quę differri ad deuitari non potest, desidendi seu egerendi cupiditas, q̃ tamen nihil pręter modica cruenta, uel mucosa, egeritur. Latinis tenesmus, barbaris medicis nostri temporis tenasmus. Fit interdum propter frigiditatem extrinsecus occurrentem, humores acres, biliosos, aut pituitã salsam, ulcus, aut inflammationẽ in intestino recto obortam. Interdum etiã stercoris in intestino cęco coacti obstructio tenesmũ efficit. Causã extrinsecam de sermonibus ęgri intelliges, quia nimirũ podice attigit res frigidas, aut hyberno tempore frigus nimium pertulit, aut in aqua frigida diutius cõmoratus est. Humores ex iis quę excernuntur dignosces, quæ uel biliosa aut pituitosa erunt. In ulcere purulẽta ac saniosa excernuntur, & in ano doloris pungentis sensus inest. Inflãmatio tumorẽ recti intestini, & dolorem grauatiuũ unà cum febre efficit, Stercoris multitudinem grauis distentionis sensus circa imum uentrem sequitur. Curãdi ratio iuxta

Tenesmus. Causa. Signa. Curatio

Si a frigore. iuxta causarum diuersitatē uariatur. Si itaq; tenesmum frigus pręcesserit, uinum meracum calidum bibendum dato, ac pectinem, inguinaq́;, ac inter anum & scrotum intercapedinem, περίναιον Gręci uocant, oleis ac fomentis calidis irrigato ac foueto: qualia sunt rutaceum, & liliorum alborum. Furfures autem in uino decocti, ac sacculo excepti, commode sedi adhibentur. Clysteres quoq; ex decocto mentastri, origani, calaminthę, chamæmelo, abrotono, semine anisi, fœniculi, & similibus cōfecti, adiectis oleis anethino, chamęmelino, liliaceoq́;, iniicere oportet. Porrò mirifice confert, si statim ab excreatione admoueatur later perquàm uetustus, & à fumo denigratus, una cum complexis in eo paleis tusus, deinde feruenti aceto subactus, lintheoloq́; illigatus sedi subditus.

Si a biliosis humoribus. Cæterum si à biliosis humoribus in ano ac intestinis detentis fiat tenesmus, clysteres quibus abstergendi atq; abluendi inest facultas iniiciendi sunt, q̄lis est qui. ℞. Decocti hordei lib. i. sacchari rub. ℥. i. s. mellis rosacei. ℥. i. uitellos oui numero. ii. olei rosacei. ℥. iii. misce, fiat enęma. Vitet omnia acria ęger, ac utatur mediocriter frigidis & humidis, q̄ bilis feruorem obtundere possint.

Si a pituitosis. Si a pituitosis humoribus procreetur, tum curabitur ut is qui à frigore factus est, adiectis tantum clysteribus iis quæ pituitam uacuare possunt medicamentis, benedicta nimirum laxatiua, aut eclegmate Indi, uel diaphœnicō.

Si ab inflammatione. Si uero ab inflammatione oriatur tenesmus, ptisanæ succus, paucis rosis rubeis simul cum eo decoctis infundatur. Aut uehementiori infestante inflammatione. ℞. decocti plantaginis. ℥. v. olei rosacei. ℥. ii. oui albumen unum. misceantur omnia, & iniiciantur per clysterē. Extrinsecus perìnęon, hoc est, locus inter scrotuꝫ & anum, oleis rosaceo & myrthino irrigandus.

Fomentuꝫ. Aut adhibeatur tale fomentum, quod. ℞. Rosarum rub. plātaginis. an̄. M. i. balaustiorum. ℨ. iii. sidiorum. ℥. i. baccarum

carum myrthi. ʒ.ii. foliorum rubi. ℥.i. Decoquantur singula in aqua sufficienti, donec tertia pars absumatur. In eo decocto imbuta spongia sedi adhibeatur. Vbi opus est suppuratione aut digestione, fométa ex decocto radicis altheę, fœnogręco, chamomillę, meliloti, & furfurum composita adhibenda erunt. Si uero ab ulcere fiat tenesmus, primũ abstergentia infusa, dein glutinantia, haud secus quam in dysenteria, admouenda. Vnguentum etiam hoc sedi inditũ cófert, quod. ℞. Olei rosacei. ℥.i.s. mucositatis tragacãthæ, gummi arabici. añ. ʒ.iii. cerusę, plumbi usti. añ. ʒ.s. aloẽs, thuris. añ. ʒ.i. cerę quod satis est, fiat unguétum, quo linamenta imbuta sedi indantur. Si dolor immensus fuerit, prędictis opii. ʒ.i. addi potest. Si à stercoris multitudine oriatur tenesmus, tum clysteribus lenientib. paulatim stercora educi debent, hoc nimirum uel simili, quod. ℞. Malue, altheę, mercurialis, betę, foliorũ uiolę. añ. M.i. se. fœnogręci, lini. añ. ℥.s. Buliant omnia in aqua sufficienti, donec tertia pars absumpta fuerit. ℞. Colaturę lib.i. & dissolue in ea casię fistularis. ℥.i.s. olei cõmunis. ℥.iii. salis triti. ʒ.i. fiat enęma. Porrò hoc etiam unice cauendũ erit, ne purgantia tum medicamenta bibenda dentur, qđ inde summũ ęgrotanti exitium immineat, attractis aliunde exq; toto corpore ad priorem copiã stercorũ excrementis, ut diffusè in Paradoxis docuimus.

Si ab ulcere.

Vnguentum.

Si a stercoris copia.

Clyster

De coli doloribus. Cap. XII.

Dolor qui in laxiore intestino, quod colon appellatur, suboritur, ob multas causas fieri solet potissimũ uero quatuor. Primũ, propter crassos & pituitosos humores intra coli membranulas subsidentes. Secondo, propter flatulentos spiritus, q bus non sit exitus. Tertio, ob inflãmationem, intestinum hoc distendens ac male habens. Quarto, propter acres & erodentes humores, qui colon dictum

Causæ.

Signa. Intestinum infestant. Quibus crassus pituitosusq; humor dolorem excitat, hi per totum abdomen in alto excruciantur, presertim uero ubi coli situs est, ibi quasi tundi ac perforari intestinuz sentiunt. Tormina quoq; affligunt, ructus, nausea, uomitio uaria, potissimũ pituitæ. Aluus grauiter impedita nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmittit. Stercus autez quandoq; excretuz, bouino simile uidetur, leue & flatus plenum. Precedens horum causa est, continuus ciborum quàm maximè frigidorum crassiq; succi usus, satietas, cruditas, otium, & iis finitima. Qui autẽ ex spiritu flatulento dolent, tensionem magis experiuntur. Quibus uero propter internum inflammationis feruorem dolor accidit, hos febris haud ignaua uexat, urine quoqz simul & stercoris retentio accidit, pulsus hos etiam iuxta uentrem exercet, sitis, ardor, nausea, & uomitiones potissimum bilis, quæ nihil leuant malum. Hecq; omnium grauissima est, q̃ in ileum transitionem minatur. Quibus acres rodẽtesq; succi dolorem mouent, sicut etiam qui inflammationem experiuntur, hos ardor, sitis & uigilia torquet, imò & febricule, sed minus quàm illos. Vrina redditur acris, & biliosa deiiciuntur. Sæpius autem alui deiectio maiorem excitat cruciatum, grauiusq; irritant calidiores cibi potusq; assumpti. Quo uero pacto coli & renum affectus discernendi sint, docet Galenus lib. 6. de Affe. loc. Cap. 2. Victus & curandi ratio iuxta causarum diuersitatem uariatur. Quũ itaq; crassi ac lenti humores doloris causa existunt, uictus ratio in uniuersum extenuans sit. Panis itaq; quo uescitur eger, recens ac in clibano aut furno p̃bè sit coctus, Ex carnibus conueniunt in primis uolucrium, galline nimirum, perdicum, palumborum, turturum, & columbaruz. Fugienda omnia uolucriũ genera, quæ in aquis degunt. Ex quadrupeduz animantium genere conueniunt carnes uitulinæ & hœdinæ.

Curatio doloris coli a crassis & pituitosis humoribus.

Victus ratio extenuans.

dinæ. Legumina omnia uitanda, quòd huic passioni incommoda sint. Inter olera conueniunt apium, asparagus, & similia. Allia quoque cruda, & cepas deuorare, haud nocebit. Et ut summatim dicam, alimēta sint boni succi, & concoctu facilia, satietasq; ac cruditas uitetur. Bibendum uinum subadstringens, album, tenue, pellucidum, mediocri ætate, temperatura dilutiore. bibaturq; modicè. Quod uero ad curandi rationem attinet, si crassi & glutinosi humores dolores contraxerint, medendum quidem sic ut non uehementer calefaciamus, quippe ab huiusmodi præsidiis diffunduntur & inflantur omnes frigidi ac crassi humores, qui intestina distendendo augēt dolores. Conuenit itaq; ipsos dissecare & cōcoquere citra uehementem calorem, & per eorum quæ minime inflant, usum. In exacerbationibus igitur irrigationes fiant ex oleo rutaceo, chamæmelino, & anethino. Item fomenta, & sacculi ex floribus chamęmeli, anethi, meliloti, seminibus lini, fœnogręci, altheę, & milio. Mirificè autē conferunt clysteres ex oleis iam commemoratis, & decocto prędictarum herbarum, aut cucumis syluestris radicum, adiectis cumino, uel ruta cum adipe anserino, uel gallinæ, confecti ad eum modum. ℞. Maluæ, altheæ, chamæmeli, mercurialis, anethi. añ. M. i. origani, calaminthæ, pulegii. añ. p. i. seminum lini, fœnigręci, cumini, smyrnii. añ. ʒ. iii. Coquantur singula in aqua fontana, donec tertia pars absumatur. ℞. Colaturæ lib. i. hieræ picræ. ℥. s. benedictę laxatiuæ. ʒ. v. ecligmatis Indi. ʒ. i. s. mellis rosacei colati. ℥. s. oleorum chamæmelini, anethini, rutacei. añ. ℥. i. uitellos oui nume. ii. salis cōmunis. ʒ. i. s. misce, fiat enęma. Glandiū etiam admotiones, illitionesq; sedis, ex succo cyclamini cū melle & nitro, uel centaurio minore cum melle & nitro. Glandes autē sic cōponi debent. ℞. mellis cocti. ℥. i. s. spēruz hierę picrę. ʒ. i. colocynthidos. ʒ. i. salis gēmę. ʒ. s. mi-

Curatio.

Anodyna

Clyster.

Glans.

Vomitus. ℥.s.misce,fiant glandes oblongę. Vomitus etiam an te cœnam,si quis facile uomat,pręomnibus auxilia tur.Porrò ubi facta iam euacuatione dolores produ cūtur in multas horas,in soliū olei calidi,aut si hoc fieri non potest, in hydrelæum descendere alienum non est.Insessus etiam utilis ex decocto altheę,pule gii,foliorum lauri,fœnigręci,chamæmeli,artemisię anethi,& similium. Conuenientissimum uero ad co licos medicamentum,uinū absinthites existit,si pli batione à balneo opus habent.Estq; etiam non sitiē tibus ualde commodum.Decoctum quoq; herbæ ip sius,ubi semel tantum ebullierit,pari modo ad uinū quod aliàs pro consuetudine bibunt,admixtum,uti liter à balneo præbetur. Castoreū etiam assidue po tatum, totius affectionis malum demolitur, omni busq; medicamentis præstat.Datur eis drachma una in tribus cyathis aquæ mulsæ. Quod si dolor non conquieuerit,propinandum erit medicamentū dia trionpipereon,uel theriaca. Quod si uero dolor est uehemens,mediocriter lenientibus ac mitigantibus uti conuenit medicamentis ab inferioribus partibus inditis,aut potis. Nam quæ ualenter stupefaciunt ui tare oportet,quod paulisper quidem leniant,sed diu turniorem affectum efficiant,dum materiam incras sant,meatusq; intestini condensant. Anodynis itaq; propriè uocatis medicamentis, quorum aliqua ini tio Capitis dicta sunt,iterum utendum. Quæ autē à tota substantia colicis auxiliantur,multa sunt. Lu pi autem stercus maximè album, ex aqua aut uino albo tenui summè conuenit. Melius autem stercus censetur,quod non in terram delapsū reperitur, ue rum in fruticem aut herbam excretum. Mirum etiā in modum colicos iuuat, amuleti instar iliis ægroti alligatum idem lupi stercus. Reliqua apud Aëtium lib.9. Cap.31. descripta habes. Porrò si flatulentus spiritus doloris causa fuerit, clysteres qui flatus di scutiunt

Vinum absinthites.

Castoreū

Stupefacientia.

Quæ a tota substātia conferunt colicis.

Coli doloris a flatulentis spiritib.

scutiunt infundendi, qualis est qui. ℞. Abrotoni, origani, pulegii, calaminthę, chamæmeli. añ. M. i. rutæ, mentę, parietarię. añ. M. s. seminum anisi, fœniculi, carei, cumini, anethi, smyrnii, dauci. añ. ʒ. ii. Decoquantur, donec tertia pars absumpta fuerit. ℞. Colaturæ lib. i. hierę picræ, benedictę laxatiuę. añ. ℥. s. castorei. ʒ. i. specierum diacumini. ʒ. ii. oleorũ rutacei, anethini. añ. ℥. i. s. salis cõmunis. ʒ. i. misce, fiat enema. Potest etiam prędictis addi ecligma de baccis lauri, quo ad discutiẽdos flatuosos spiritus nihil est efficacius. Proderit etiam eius ecligmatis quantitatem nucis auellanę, in decocto aliquorum incidentium medicamẽtorum indies propinare. Extrinsecus autem abdomẽ iis quę flatus dissipant fouendum, ac irrigandũ erit. Sunt autem pręter ea quę dicta sunt, nigella, ammi, oreoselinum, amygdalę amarę, piper nigrum, mentastrum, baccę lauri, absinthium, semen urticę, acorus, maiorana, & cinnamomum. Ex iis itaq; cataplasmata, fomenta, aut sacculos conficies, Quod uero reliqua omnia uincit, & incantamenti cuiusdam simile quid efficit, Galeno lib. 12. Ther. meth. Cap. ultimo teste, est cucurbita maxima leuis cum copiosa flamma toti abdomini affixa. Aeger etiam à diluti uini, & frigidæ aquę potu, lactis & aliorum refrigerantiũ, ac flatuosos spiritus gignentium alimentorum usu, sibi caueat. At uini potius meracioris potu, uictusq; ratione aliqua calefaciente ac incidente utatur. Pręterea inflammatione intestinnm exercente, uena in cubito aperienda est. Si uero urinæ difficultas superet ac dominetur, ex maleolo sanguis detrahendus erit. Prædictis etiam utendum remediis, exceptis acribus, & uehementer purgantibus. Enæmatis uero potius lenientibus, item cataplasmatis, & irrigationibus, & in oleum descensu utendum. Cucurbitulas etiam iis affigimus. Victus autem ratio tenuis sit, & ferè febricitantium, donec inflammatio soluatur.

Curatio. Clyster.

Flatus dissipantia.

Cucurbita magna.

Victus.

Colĩ doloris ab inflammatione curatio

Victus.

Coli dolo ris ab acri bus & ro dentibus humorib. curatio. tur. Atqui si propter acres rodentes quæ humores dolitant ęgri, per sedem infundere conuenit ea quę humores eluere, atq; citra mordacitatē purgare pos sunt: cuiusmodi est ptisanę succus, aut decoctum fœ nigręci, seminis lini, chamęmeli, & altheę, cum adipe recenti anseris uel gallinę, & rosaceo oleo. Conue-

Enæmæ. nit autem hoc potissimum enęma, quod. ℞. Foliorū uiolę, intybi domestici utriusq;, foliorum altheæ, chamæmeli. an. M. i. s. seminum fœnigręci, lini. an. ℥. s. Buliant in aqua sufficiēti, donec tertia pars absum pta fuerit. ℞. Colaturę. ℥. xiii. casię fistularis. ℥. i. hie- rę picrę. ʒ. vi. olei rosacei. ℥. ii. olei anethini. ℥. i. pin- guedinum anseris, gallinæ. an. ʒ. iii. uitellos oui nu- me. ii. misce, fiat enęma. Non autem solum uacuare, uerumetiam temperare infestantem humorem opor

Balnea. tet. Quapropter balneis ex dulci aqua utendum: ea enim mitigare, & somnum conciliare possunt. Exhi- bendus etiam syrupus uiolaceus & rosaceus, & alia eiusmodi, quę contemperare, ac uim mordacium hu

Victus. morum obtundere ualent. Vtendum etiam cibo sor bili, ptisana nimirum, ac piscibus saxatilibus. Absti nendum acribus omnibus tum cibis, tum medicamē tis, fomentis, irrigationibus, cataplasmatis calentib. necnon uini potione, potissimum ueteris. Et ut rem paucis perstringam, tota uictus ratio humidior & fri gidior sit. Quum autem dolor nihil remiserit, sed ue-

Stupefa- cientia. hementius subinde sęuierit, ad stupefacientium usū confugere oportet. In hac enim passione, non solū quod sensū stupefaciūt, sed & quia humores tenues incrassant, caloremq; refrigerant, opitulantur. Inter ea uero potissimū philoniū conuenit, de quo usq; ad integram drachmam exhibere licebit. Et catapo- tia de cynoglosso inscripta, ex una drachma, ut an- tea quoq; dictum est, sex conficiendo pilulas, unāq; ante cubitum exhibendo, mirificè conferunt.

De ileo.

De ileo. Cap. XIII.

Εἰλεὸς, passio est intestinorum tenuium, grauissimos & letales dolores inferens. Sic dicta à circũactione doloris. ἀλεῖσθαι siquidem Grecis est circumuolui, & circumagi. Hinc est quod Latinis conuoluulus & uoluulus dicatur. Barbaram sectantes medicinam, Iliacam nominant. Contrahitur id uitii continua ciborum corruptione, & cruditate, maxime autem à pinguibus carnibus. Oboritur etiã ex plagis ac ictibus quibusdam, iis locis ubi tenuia intestina sita sunt factis. ex frigore uehementi constringente, ac recrementa retinente. Contingit & iis, quibus intestinum in scrotum una cum stercore delapsum est, indeq; uiolenter retrusum, ex eoq; inflammatum existit. Fit etiam ob ueneni potionez, & ob induratum stercus, circa tenuia intestina impactuz. Familiaris est hæc passio pueris, euadunt tamen beneficio naturalis humiditatis. Senibus uero nõ ualde familiaris est: si tamen ipsi hanc passionem incidant, ferè nunq̃; conualescunt. Accedit ęgris dolor uehementissimus, & tumor aliquis in tenuium intestinorum parte eminet, ut uideatur intestinum ad chordę similitudinem conuolutum: unde etiam cordapson nõnulli hanc passionẽ appellauerunt. Adest etiã stomachi nimia humectacio, exolutio, ructus inanes nihil alleuantes, murmura intestinorum, cohibitio perfecta stercoris & flatuum. Si uero intendatur adfectus, omnia sursum feruntur, ob idq; uomitus pituitæ ac bilis accedũt, frigiditas totius corporis, dolorq̃;, plurimis etiam spirandi difficultas. Morituris autez amplius sudor frigidus, urinę difficultas, podex ita adstrictus ut neq; specilli extremuz suscipere possit. Aliquando & stercus uomitu reiicitur. Siquidẽ igitur à cruditatibus, ac multis uariisq; cibis ingestis fit maluz potissimũ ubi crudus cibus adhuc insidere uẽtri uidea-

Ileos.

Conuoluulus & uoluulus.

Causæ.

Signa.

Cardapsos.

Curatio Ilei a cruditatibus.

uideatur, uomitus concitãdus erit. si uero nihil crudorum ciborum in uentre contineatur, omni cõnatu enitendum est, quo tum flatus, tum stercora infra trahantur: idq; per clysteres, glandes, & illitiones, magna diligentia in singulis adhibita perficiendum.

Enæma. Fiat itaq; tale enema, quod ℞. Mercurialis, rutæ, foliorum altheę, centaurii minoris. añ. M. i. hyssopi, calaminthę: absinthii. añ. M. i. s. radicis altheę. ℥. i. radicis cucumeris syluestris. ʒ. i. s. seminum lini: fœnigręci. añ. ʒ. iii. seminis cumini. ʒ. 2. Bulliãt in aqua sufficiẽti, donec tertia eius pars absumpta fuerit. ℞. Colaturę. ℥. xiiii. benedictę laxatiuę. ℥. i. butyri recentis: mellis rosacei colati. añ. ℥. s. oleorum rutacei, anethini. añ. ℥. i. s. salis. ʒ. i. misce, fiat clyster. Infundẽdus est ante cibum: urgente uero malo etiam à cibo. Pręcipiendumq; ut quamdiu quidem queant ęgrotãtes retineant.

Glans. Glandes quemadmodum in coli doloribus parãdę: adiectis semine rutę: cumino: & brassicę caulib. Longiusculas etiam facere oportet: ut profundius penetrare possint. Cyclamini succo: aut melle cum nitro podex illinendus. Hoc deniq; malum cataplasmatis: & fomentis: sicut in Cap. de Colicis cõprehensum est: curare oportet. Conueniunt autẽ po-

Fomenta. tissimũ fomenta ex lanis oleo, in quo cuminũ: anethum: ruta: & nasturtium decocta sint: madefactis. Cataplasmata autem ex semine lini: fenogręco farina hordeacea, loliacea: ruta: cumino: anethi semiue & apii. In solium etiam aqua & oleo confertum descẽdere conuenit. In aqua uero althea: ruta: anethũ: &

Cucurbitę alia quę dicta sunt decoquantur. Post hęc cucurbitę affigantur: primum quidem ad remotos locos: leues: deinde ad ipsos etiam dolore affectos: scarificationesq; profundiores fiant.

Purgationes. Purgationes etiam assumere conuenit: potissimum ubi primum per ea quæ dicta sunt: stercora primũ ad inferiora tracta fuerint. Mirifice ipsis conducit: si uomuerint: anethum co-

ctum potumq;. A potu autem panem in aquam feruentem coniice, eiusq; frusta calida confestim edenda præbe. Si uero à uenenoso medicamento quis in ileon incidat, aquam tepidam multam bibendam dabimus, uomereq; cogemus. Deinde oleum calidum in potu dandum, aut pinguia iura, ut rursum uomāt. Postea ita parumper quiescant, & deinde statim theriacen cum uino dissolutam accipiant. Cibi eis exhibeantur boni succi. Quod si obstructio perseuerauerit, aluus lacte sciſſo, cum modica aloë, aut alio medicamento purgante uacuanda erit. Si ab inflāmatione ileos orta fuerit, à uenæ sectione auspicandū erit, deinde cucurbita inflammatis partibus per ambitum sacrificatis affigenda, & enęmata ex decocto maluæ, fœnigręci, seminis lini, cum oleo & butyro immittenda. Extrinsecus etiam ea quæ inflammationibus conducunt, & dolorem leniunt, ut in Capite etiam de Coli dolore dictum est, apponenda. Et in inedia ad tertium usque diem seruandi. Si ex intestini in scrotum delapsu ileos accidat, cōfestim tentandum est, ut decubitu sursum uersus uergente adornato, delapsum intestinum ad inguinū partes retrudatur, atque leniter citra uiolentiam ac cōpressionem, ligatura fasciauè adhibita cōtineatur.

Ilei à ueneno so medicamento curatio.

Ilei ab inflammatione curatio.

Ilei ex delapsu intestini in scrotum curatio.

De lumbricis. Cap. XIIII.

Lūbrici.

LVmbricorum, ἕλμινθας Gręci uocant, tres sunt uniuersæ differentię. prima teretum seu rotundorum, altera latorum, tertia eorum quos ascaridas nuncupant. Ἕλμινθες στρογγύλαι, hoc est, teretes lumbrici speciem habent omnibus perspicuam: nempe secundum craſsitudinem rotundi sunt, longitudine uero palmares, & aliquando longiores, & aliis frequentiores sunt. In gracilibus plerunq; intestinis cōsistunt, & superiorem uentriculum subeūt, ideoq; frequēter per os reiiciuntur. quibusdā & è narib. reddū-

Teretes.

Lati. Ceiriæ. Tæniæ. tur. Atq; hoc genus infantibus & pueris, atq; his qui ad pubertatem accedunt peculiare est. Lumbrici lati à Græcis medicis κείριαι, hoc est institæ, à similitudine quam ad institas habent: qua ratione etiã ταινίαι ab iisdem uocantur quod instar, fasciarum sint lati & longi. Incredibilis enim longitudinis sunt tenuiæ, ut Plinio autore lib. 11. Cap. 33. tricenum pedum aliquando uisæ sint, aliquando etiam plurium. Nihil autem est latus lumbricus, nisi permutatio intrinsecus tenuia ambientis intestina membranæ, in corpus

Ascarides quoddã uiuum, & animalis modo mobile. Ἀσκαρίδες tenues ac breues, uermibusq; similes lũbrici sunt. In extremo longanone, & ani fibula (sphincterem nominant) initiò reperiuntur.

Causæ. Origo omnium generũ est ex cruda, crassa: pituitosaq; materia: & putredini accommoda: qualis in pueris aliisq; uoracibus colligitur.

Signa rotundorum Sequitur eos qui rotundos lũbricos continent, incredibilis morsus intestinorum & uentriculi tussiculæq; tenues ac exiguæ, & frequenter irritantes, quum tamen nihil reiiciatur. Nonnullos comitatur singultus, & somnus cum tremore: & qui his occupãtur, sine ratione expergiscuntur, nonnulli & cum clamore exurgunt & prosiliunt, & iterum sopiuntur. Quidam uero & linguam foras protrudunt ac exerunt, oculosq; claudunt, taciturniq; sunt, excitantibus indignantur, ob imbecillitatem uigilare nequeuntes. Quidam autem oculos sanguine suffusos habent, & pulsum inæqualem, obscurum, deficientem, & recurrentem. Quibusdam etiam appetitus perditio accedit. Pueris insuper dum dormiunt manducatio linguæ, cui accedit conformatio oris in modum lactentium, aut accipientium cibũ. Plerisq; uero aluus deiicit, corruptos egerens cibos, & tympani modo inflatur. Reliquum corpus sine ratione contabescit, neq; esurie præcedente, neq; euacuatione immodica facta. Atqui non in omnibus omnia quæ iam cõmemora

morauimus signa sunt singulatim inquirenda, sed quæ reliquis prępollent, ꝛ principatum tenent: aliquando uero ꝛ plurima. Latus lumbricus continuos stomachi morsus infert, ꝛ ad cibos impotentez ac incorrigibilem appetitum. Nam quod animatum euasit in intestinis obiectum rapit alimentuz, ut alio statim opus sit: ꝛ nisi assumpserit, intestina rodantur. Consequitur sic patientes, corporis gracilitas ꝛ imbecillitas, assiduusq; famis sensus. Infallibile autem ac certissimum indicium, si cum recrementis q̃dam cucurbitæ semini similia excernantur. Ascarides uehementem pruritum in ano excitãt, assidueq; ad egerendum irritant: ꝛ qui hoc malo afficiuntur, ut plurimum ab excretione melius habent. Victus ratio calida ꝛ sicca sit, potissimum si febre ægrotantes uacauerint, cibisq; utantur probi succi, ꝛ qui facile in membra digerantur, nec lumbricorum effectricem causam adaugeant. ideoq; omnia quę pituitosos humores procreare possunt, fugienda. liberalius nutriantur, famemq; minime ferant: quod lumbrici nisi cibum habeant quez consumant, postea ipsa solida corpora arrodant. Dabitur autem cibus tũ pręcipue, quum non prosus inaniti fuerint. Vinum bibant aquosum. Cęterum curandi ratio non differenda: quod multi nulla lumbricoruz ratione habita, corrosi ab iisdem, ꝛ conuulsi intererint. Curatio uero tam rotundorum quàm latorum in hoc cõsistit, ut hos prius occisos, expellamus. Occiduntur autez amaris potissimũ medicamentis, inter quę simpliciora hęc sunt: Absinthium, abrotonuz, calamintha, marubium, dictamus, hyssopus, ruta, folia persicorum, coriandri semen, cornu ceruinuz, lupini, mẽta, pulegium, origanum, centaurium minus, filix, gentiana, aristolochia rotunda, esus alliorum, brassicæ semen, ꝛ helenii radix. Inter omnia autem laudatissimũ remediũ est aloẽ. Quia uero infantes aloẽn gra

Signa latorum.

Signa ascaridum

Victus.

Curatio.

Simplicia medicamenta lũbricos occidentia.

niter propter suam amaritudinem admittūt, supinis fasciola ipsis detentis ore adaperto ac diducto per fistulam quandam ualido munitam canali, inuitis illam iniiciemus. Ex dictis itaq; medicamentis simplicibus, uaria componi medicamenta possunt, nimirū decocta, pulueres, cataplasmata, emplastra, & unguēta. Conuenit autem is puluis: præter alia qui. ℞. Seminis lumbricorum. ʒ. 2. centaurii minoris, absinthii, cornu ceruini usti. an̄. ʒ. 1. calaminthę, pulegii, origani. an̄. ʒ. s. abrotoni, mentę, lupinorum, foliorū aristolochię rot. an̄. ℈. 1. aloës. ℈. 2. misce, fiat puluis, de quo detur drachma una, aut semis, pro ętatis & habitus corporis ratione in lacte, aut melle, aut syrupo de dulci radice. Nam debent ea quæ lombricos enecant, cum dulcibus liquoribus propinari, quo citius medicamenta dulcedine illa allecti lumbrici amplectantur. Extrinsecus umbilicus felle taurino, aut hoc unguento illinendus, quod. ℞. Olei amygdalarum amararum, olei de absinthio. an̄. ℥. 1. fellis taurini. ℥. s. centaurii minoris, absinthii, lupinoruꝫ. an̄. ℈. 2. foliorū persicoruꝫ: cornu ceruini usti, aloës, abrotoni. an̄. ℈. 1. cerę quod satis est, fiat unguentum. Vel imponatur toti uentriculo hoc ceratū, qđ. ℞. aloës, absinthii, farinę lupinoruꝫ. an̄. ʒ. 2. nigellę, mentę, origani, pulegii, marubii. an̄. ʒ. 1. centaurii minoris, calaminthę. an̄. ʒ. s. oleorum de absinthio, amygdalarum amararum. an̄. ℥. 2. olei costini. ℥. 1. fellis taurini. ℥. s. cū cera & resina. q. s. fiat ceratum. Ad imagineꝫ illoꝝ possunt cōponi emplastra & cataplasmata, ita ut peculiaria horuꝫ paradigmata ascribere minime sit necessarium. Ab inferiorib. et partibus mulsam iniicere copiosiorem expedit, quo lumbrici mellis dulcedine illecti, deorsum descendant. Cęterum enecatos iam per pharmaca prędicta lumbricos, citra dilationem expellere oportet. Vitiosa enim ex ipsis exhalatio procedit, quę & appetitum & concoctionē lædit.

Composita. *Puluis.* *Vnguentum.* *Ceratum.* *lumbrici enecati ut expellendi.*

Extra-

Extrahuntur autem per glãdulas suppositas, aut medicamenta purgantia assumpta: potissimum uero p hieram picram, ⁊ pilulas communes (quę alio nomine pestilentiales uocantur) quæ sanè mirifice in educendis lumbricis conferunt. Porrò qui lumbricis cum alui profluuio infestantur, eos fluorē inspissando, ⁊ concoctionem tum per cibos, tum per cataplasmata in melius permutando, curare oportet. In quantum enim profluuium inualescit, tantum etiam lumbrici interquiescunt. Quare diligenter conandū ut aluus adstringatur, firmitasq; ei adiiciatur. His itaq; plantaginis succus propinandus, uel ipsa etiam arida plantago assumenda. ex æquo enim utriq3, ⁊ fluori alui ⁊ lumbricis efficax est. Cataplasmata etiam, cerata ⁊ unguenta ex cruda hordeacea farina, malicorio, acatia, hypocisthide, ⁊ similibus adstringentibus concinnanda, adiectis iis quę ad lumbricos interficiendos sunt prædicta. Cōferunt autem adstringentia ⁊ hoc etiam nomine extrinsecus admota, qđ uentriculum ex amarorum medicamentorum assumptione læsum iterum corroborent. Licebit ⁊ in hoc casu uermes terrenos exiccatos, ⁊ in puluerem redactos, cum hydromelite exhibere. Ascarides in infantibus uacuandi sunt cum glandibus ex melle ⁊ sale confectis. In prouectioribus, clysteribus ex decocto absinthii, centaurii minoris, calaminthę, lupinorum, ⁊ aliorum supra commemoratorum, oleis adiectis, compositis. Post clysteres longanon simplicibus quidem acatia, hypocisthide, rhois succo, aut alio adstringente sublinendus est. Coacta.n. ab adstringentibus caro corroboratur, aptitudinemq; ad animaliorum generationem amittit, atque ascaridas ipsas excludit. Hoc uero ⁊ pueris, ⁊ qui perfectæ sunt ætatis conducit, efficacissimumq; existit. carnem ueterem salitam, pinguedine derasa, sublongam ⁊ rotundam formabimus, atque ita adapta-

Si lu[illegible] uuium [illegible] cedat.

Ascaridū Curatio

tam podici atq; sphincteri intrudemus, lig amẽtoq; adhibito, quandiu sustineri possint, inditaq; sinemus deide soluemus, simulq; ascarides illi adhęrẽtes educemus. Posthęc pdicta infũdemus, atque illinemus.

De hęmorrhoidibus sedis. Cap. XV.

Hemorrhoides. Cæcæ. Apertæ. Causa. Signa. Curatio. cæcarum. Dolores. sedantia. Hemorrhoides aperiẽtia.

Aἱμοῤῥοΐδες uenarum in sede sunt explicationes dilatationes uè, à sanguinis defluxu sic appellatæ. Harum aliæ cæcæ, quæ scilicet intumescũt, & nihil aut parum admodum sanguinis excernunt. Aliæ apertæ, quæ uidelicet certis quibusdam temporibus panduntur, & sanguinem emittunt. Fiunt autem hæmorrhoides, propter copiam sanguinis fæculenti & melancholici, quem iecur ad ipsas reponit. Signa uero p quę affectus deprehenditur, satis manifesta sunt. oculis enim conspiciuntur cæcę, & dolorem uehementem, potissimum in excernendo stercore, excitant. Apertæ sanguinem fundunt, qui latere sic laborantes haud potest. Quum itaq; cæcę apparuerint hęmorrhoides, & magnos in ano cruciatus excitauerint, corpusq; plethoricum fuerit uena poplitis aut malleoli incidenda erit. Aluus etiam affatim leniter subducentibus medicamentis molliẽda, ne arida stercora dum excernuntur, dolorem faciant. Apponenda quoque ea sunt, quę dolorem, ubi uehemẽs fuerit, mitigare possunt. Ex quorum numero est mica panis in lacte macerata, & cum oui uitello decocta, & instar emplastri admota. Prodest etiam balneũ ex decocto maluæ, foliis uiolæ, meliloti, fœnigręci, chamęmeli, foliis althęę, semine lini, floribus uerbasci, & similibus apparatum. Vel si eo uti non poterit, lanę, aut spongię in decocto illo madefactę dolenti loco adhibeantur. Quod si prædicta nihil contulerint, sanguinem ab iis elicere oportet. Quapropter cyclamini succum, aut cepæ, aut fel bubulum lana illitum intra anũ imponere oportet. Idem etiam

potest

potest centaurii minoris succus, stercus columbinũ staphysagria, folium ficus, si cum eo fricentur, & medulla colocynthidis in oleo amygdalarum amararum macerata. Potissimum uero hoc emplastrum confert, quod. ℞. Stercoris columbini ℥.s. seminis staphysagriç, lupinorum añ. ʒ.i.s. amygdalarum amararum. ʒ.i. medullç colocynthidos. ʒ.s. succi cyclamini, cçpe añ. ℥.i. misceantur singula, & ad formam emplastri reducantur, adiecto si opus erit oleo amygdalarum amararum. Glandes etiam oblongç ex radice cyclamini paratç. in anum inçi possunt. Hirudines etiam in harundine inclusç, ita ut caput exerant, hçmorrhoidibus ut adaperiantur, imponi solent. Has ubi amouere non poteris, cinere illarum capiti insperso decidere sua sponte facies. Cçterũ si aper tç fuerint, & sanguinem modicè per certa interualla fuderint, minime supprimendæ sunt: quòd huiusce modi sanguinis eruptio hac passione decentos homines à multis malis imunes reddat. Id quod in primis testatur Hippocrates, qui sic scriptum reliquit: Habentes hçmorroides neq; laterum dolore, neque pulmonis inflammatione, neq; depascenti ulcere, neque furunculis, neq; terminthis, pariter neq; lepre, neq; uitiliginibus corripiuntur. Quod si uero immodicè ac iusto largius sanguinẽ fundant, sic quod çgri hoc malo cõtabescant, ac illorum robur deiiciatur, supprimendç erunt, quòd aliàs periculum sit. ne aqua intercus, iocinore ob immodicam euacuationem refrigerato, sequatur. Cibi itaq; erũt iis qui supra modum inaniuntur pauci sanguinis, efficaces, & minime recrementicii, quiq; siccant & adstringũt: cuiusmodi est alica, & oryza. Exoleribus intybus, cichorium, portulaca, & similia. Cibis rhu obsoniorum, aut succus immaturarum uuarum admisceatur. Si uires plurimum prosternantur, carnium expresso, cui succus cotoneorũ admixtus sit alẽdus çger erit.

Emplastrum.

Glandes

Apertarũ curatio.

6. Epid. par. 3. aph. 29.

Victus

Curatio. Vina bibat adstringentia. Cęterum si plenitudo corporis affuerit, uenæ interioris in cubito dextræ manus sectio proderit. Sin minus, auersioni per cucurbitulas hypochondriis & iecori affixas studendum. In quem usum manibus & brachiis etiam uincula inii cere, & frictiones asperas adhibere conuenit. Prętere rea intra corpus assumenda sunt ea quæ adstringũt, ut sunt syrupi rosaceus, myrthinus, cotoneorum, coralli rubei, bolus armenia, pastilli de succino, de ebore (quos de spodio hodie nominant) de terra lemnia, & alia quę in Capite de Cruento sputo commemorata sunt. Extrinsecus ea etiam apponenda, quæ sanguinem promanantem sistere possunt. Ex quorum sanè numero, Aëtio lib. 14. Cap. 5. teste, aloë, est eum posca applicata. Idem etiam potest squama ferri, aut plumbum ustum. Vnicè autem confert medicamentum quod describit lib. 5. Ter. meth. Galenus. Id accipit thuris partẽ unã, aloës partis unius semissim. Hæc cum oui cãdido donec ad mellis crassitudinem redeant subiguntur, & mollissimo leporis pilo excepta uasis imponuntur, fascia ex tenui lintheo forinsecus alligata. Proderunt etiam unguẽta, balnea, insessiones, fomenta, & alia eiusmodi ex medicamentis adstringentibus: quorum multa in Cap. de Diarrhœa, Lienteria, Dysenteria, & Tenesmo dicta sunt composita. Sacculos tamen in uino rubeo & adstringente priusquam adhibeantur bullire, aut saltem eo irrigare cõuenit. Quapropter si qua hic desiderabis medicamenta, ea ex Capitib. superioribus, in quib. de sanguinis suppressione agit̃, petes. Superuacaneũ enim sępius iisdẽ de reb. uerba facere.

De procidentia ani. Cap. XVI.

Causa. ACcidit ut interdum propter resolutionem aut imbecillitatem musculorum obliquorum sedẽ sursum reuellentium, anus procidat, atq; adeò

à duobus

à duobus quidem relatis musculis nō queat retrahi, sed manib. aut medicamentis auxiliatricibus egeat.

Quod cum factum fuerit, considerandum in primis, num anus ab inflammatione liber sit. tum enim statim impulsus, in pristinum locum protrudi ac reponi debet. Vt autem intrusus ne iterum egrediatur: retineri queat, adstringentia extrinsecus apponenda sunt. Primum itaq; oleo rosaceo calente circumlinédus, aut uino adstringēte detergendus anus, ac deinde in suum locum repositus, deligandus erit. Idq; faciendum statim ubi ęger excreuit, ne cōfestim ad egerendum necessitas ipsum urgeat, atq; adeò iterum anus procidat. Linimentum ex acatia & hypocisthide cum uino adhibendum. Incoquuntur etiam in aqua donec rubescat, galla, balaustia, glandularum calyces, malicorium, bellis minor (primulam ueris nominant) rhu obsoniorum, cortices cotoneorum, & similia, & deinde ex huiuscemodi decocto insessus & lotiones parentur. Possunt etiam postquā uino aut decocto adstringenti sedes abluta fuerit, arida admoueri ac inspergi medicamenta. In quem usum confer bolus armenia, thus, sanguis draconis, galla, acatia, myrrha, hypocisthis, cornu ceruinum ustum, & similia, quæ ex superioribus sunt petenda. Porrò si anus ob inflammationem tumidus imponi nequeat, ubi plenitudo fuerit, uena primum secāda erit uomitusq; ciendus. Sedi apponenda etiam quæ adstringunt, & reprimunt, idq; statim inter initia faciédum. Quod si uero plenitudo nulla adsit, ęger in sessione utatur ex decocto chamæmeli, maluę, altheę, seminibus lini, fœnigræci, & similibus parata. Aut in aquā calidam conscendat, & ei ad tempus immoretur. Spōgia etiam aut lana in decocto prædicto madefacta admoueatur. Anus deniq; oleo chamæmelino, aut anethino, quousq; reponi possit, illinendus. Postq̄ uero reconditus iam est, tum suprà commemoratis medicamentis adstringentibus, utendum erit.

Curatio.

De rimis

De rimis ani. Cap. XVII.

ῥαγάδας

Rime sedis quas Græci ῥαγάδας uocant, sunt scissuræ, quæ in musculo anum claudente, quem sphincterem nominant, aut in circulo, & extrema ani corona fiunt: similes iis quæ in labiis ob Boreæ flatum asperiorem accidunt. Ob acrium humorũ defluxum: aut inflammationem: aut condylomatum (quæ nihil aliud sunt nisi eminentiæ seu rugæ quædam reduplicatis ani corpusculis præter naturam insurgentes) extensionem eueniunt. Si ab acribus humorib. fiunt, ii primum omnium purgandi erunt. Si ob cõdylomata: itidem purgatione inter initia utendum. Aluus deniq; toto curationis tempore molliẽda, cibis humectantibus ac pinguibus, ne aridum stercus cõglutinationem remoretur. Ex eorum sanè numero sunt maluæ, spinachiæ, lac amygdalarum dulcium, ora sorbilla, iura pinguia, & iis similia. Ragadib. uero hoc unguentũ adhibendum, quod. ℞. Olei rosacei, myrthini. añ. ℥. i. thuris, masliches, lithargyri, sanguinis draconis. añ. ʒ. i. aloës, plũbi usti, cerussæ, balaustiorũ, boli armeniæ. añ. ʒ. s. ceræ albæ quod satis est, fiat unguẽtum. Aut tale, quod accipit Olei rosacei. ℥. i. s. gallæ, myrrhæ, terræ lemniæ. añ. ʒ. i. radicis symphyti, aluminis scissilis, plumbi usti. añ. ʒ. s. oui assati uitellum, ceræ quod satis est, fiat unguentum. Prædictis unguentis ter die rimas circũungito, lotas prius decocto rosarum, gallarũ & sidiorum (sic uocant putamina malorum punicorum.) Si patientem partem ardor & inflammatio affligit, unguento candido caphurato, illinenda erit.

Causæ

Condylomata.

Curatio.

Vnguentum.

De imbecillitate iocinioris. Cap. XVIII.

Causæ.

IMbecillitas iocinoris ab intempèrie ipsa producitur calida, frigida, humida, uel sicca. Calida intẽperies, tum eos qui prius adsunt humores, tũ etiam

tiam hos qui per uenas mesenterii ad ipsum iecur de feruntur, adassat & comburit. Frigida uero intemperies, pituitosum & crudum humorem, qui iam in ipso continetur, crassum & lentum ęgręq; mobilem reddit, eum uero qui ad ipsum defertur, semicoctum. Cęterum sicca intemperies, sicciores & densiores humores facit. Humida autem, tenuiores & magis aquosos.

Calida igitur intemperie circa iecur existente, colliquationes fiunt, primum quidem humorum, deinde carnis etiam ipsius iocinoris, & euacuatur per uentrem bilis fœtens ac crassa, abundęq; colorata. Sitis denique infestat, appetentia deiicitur, urina rufa, pulsus celer est. Vbi uero frigida intẽperies affuerit, neque assiduę excretiones, neque multę fiunt. Durat uero passio diutius, & per certos aliquot dies profluit & ipsis uenter maiori copia. cæterum egesta non similem fœtorem habent iis quæ per calorem sunt colliquata, neq; colorem etiam neq; consistentiam: sed speciem præ se ferunt sanguinis putrefacti, & in grumos congelati: & si quis diligenter consideret, neq; sanguis niger est, neq; grumus, sed ueluti limus & fex quędam sanguinis crassi, proxime ad atram bilem accedens. Quin plures & discretu iudicatu ue difficiles colores circa huiusmodi passionem in excrementis apparent. Reliqua etiam omnia priorib. contraria erunt. In sicciore autem intemperie, excrementa adhuc sicciora & pauciora uidentur, ęgriq; magis sitiunt. In humida uero, humidiora & plura erunt excrementa, sitisq; minus infestabit. In huiusmodi igitur passionib. primus curationis scopus sit, ut intemperiem ad contrarium reducamus. Calidam enim intemperiem semper refrigerare oportet, frigidam uero calefacere, similiterq; humidam resiccare, & siccam humectare. Cæterum omnibus iecorariis medicamentis,,, tum quæ per os sumuntur,,, tum quæ forinsecus imponuntur, aliquid ex adstringentib. ammiscere

Signa.

Curatio.

ſcere oportet, quo firmitas ac robur uiſceris conſer uetur. In calida igitur intemperie quod ad uictus ra tionem attinet, utendū erit ptiſanę cremore, & aliis cibis mediocriter refrigerantibus, lactucis, intybis, ci chorio: ſonchis, pane ex aqua. Pullis item gallinaꝝ, perdicibus, auibus montanis, carnib. uitulinis, cum omphacio aut limonibus decoctis. Ex fructibus ue ſcantur paſſulis, limonibus, & amygdalis dulcibus. Vinum omnino circūciditur, niſi alterā ob cauſā, nempe uentriculi imbecillitatem, hoc requirant: tū enim tenue & dilutum aliquod exhibendū. Bibant autem pro uino ſuccum malorum punicorum, & ſy rupū acidum, ſimplicem, oxyſaccharamq́;, cum deco cto hordei, aut intybi domeſtici. Arcendi autem in ſumma ab omni cibo & potu melle condito, & admo dum calido ac incidente. Per os deniq;, quod ad medicamentorum rationem attinet, ſumant ſaccha rum roſaceum, diarhodon abbatis, & diatriaſantali confectiones. Aut confectionem hanc, quę. ℞. Spe cierum diarhodon abbatis, diatriaſantali. añ. ʒ. i. s. ſe minum intybi domeſtici utriuſq;, roſarum rubearū añ. ℈. 2. ſantalorum alborum, caſſuthę, floris iunci odorati. añ. ℈. i. paſſularum. ʒ. i. ſacchari. ℥. vi. diſſo luti in aquis caſſuthę & endiuię, fiat confectio rotun da. Quin & Philonis antidotus ſemel tantum exhi bita, omnem aliquando calidam iecoris intemperiē mirabiliter ſanauit. Extrinſecus adhibeantur fomē ta ex roſaceo, chamęmelino, cotoneoq́; oleis para ta. Aut abſinthium, aut palmulę prędictis oleis inco quantur, & in iis lana aut ſpōgia madefacta, ei loco ubi iecur ſitum eſt imponatur. Poteſt etiā huius un guenti eſſe uſus, quod accipit. Oleorum roſacei, co toneorum, nymphęę. an. ℥. i. ſantalorum alborum & rubeorum, roſarum rub. añ. ℈. i. ramentorū eboris. ℈. i. s. ſeminis intybi domeſtici utriuſq; añ. ℈. i. aceti. ʒ. i. s. caphurę gr. 2. cerę q͂d ſatis eſt, fiat unguētū. Epi themata

Calidæ intemperiei

Cōfectio

Vnguentum.

Epithema

hemata etiam in hoc affectu non parum conducũt, que in hunc aut similem modum parabuntur. ℞. Succi intybi domestici latifolii, lactuce, oxalidis, rosarũ nymphece. an. ℥. iii. succi sempuiui. ℥. i. s. aceti. ℥. i. rosarum rub. santalorum rub. ramẽtorum eboris. an. ʒ. i. specierum diarhodõ abbatis, diatriasantali. an. ʒ. i. s. caphure. ℈. s. misce, fiat epithema. Adhibeantur autẽ, epithemata estate frigida actu, hyeme uero calida. Vbi autem frigida in iecore intemperies fuerit, calefacientibus, ac robur addentib. utendum est. Vtãtur itaq; cibis concoctu facilibus & calefacientibus. Ex oleribus satureia, hyssopo, fœniculo, oreoselino, abrotono, saluia & similibus. Cibi condiantur aromatis calefaciẽtibus, cinnamomo, gariophylis, & iis similibus. Vinum bibant tenue, fuluum, & odoriferum. Fugiant esum piscium, fructuum frigidorũ, ocium, & quicquid refrigerare iecur potest. Per os sumant hoc decoctum, quod accipit Radicum apii, fœniculi, oreoselini. an. ℥. i. eupatorii (quod agrimoniã hodie uocant) hyssopi, mente, absinthii, cichorii, cassuthe, origani, calaminthe, asari. an. M. i. seminũ anisi, fœniculi, dauci, cumini, carei. an. ʒ. ii. iunci odorati. ʒ. i. s. mastiches. ʒ. i. florũ chamemeli, rosarum rub. an. M. i. cinnamomi electi. ʒ. i. s. Buliant oĩa in li. i. s. uini, & aque fontane lib. i. donec tertia pars absumpta fuerit, dein colentur, & colature adiiciãtur syrupi de eupatorio. ℥. iii. syrupi de absinthio. ℥. i. misce, fiat potio. In hunc usum conferunt etiam confectiones calefacientes, diacinnamomi nimirũ, dianisi, cõserua saluie acorũ conditũ, pimpinelle radices cõdite, & huiusmodi. Extrinsecus illinenda olea calida, nempe nardinum, chamemelinum, absinthinũ, & similia. Cõfert hoc uti unguẽto, quod. ℞. Oleorũ absinthini, nardini. an. ℥. i. s. succi eupatorii. ʒ. ii. cinamomi gariophyllorum, ligni, aloẽs. an. ℈. ii. spice, iũci odorati, mastiches. an. ℈. i. cere q̃d satis est, fiat unguentũ.

Frigide intẽperiei.

Decoctum

Vnguentum.

Potest

Ceratum. Potest etiam usus esse eius cerati, quod. ℞. Farinę fœnigręci, lupinorum. an. ℥. ii. radicis iridis, asari. an. ℥. i. eupatorij, absinthij, meliloti, iunci odorati. an. ℥. s. gallię moschatæ. ʒ. 1. seminum anisi, feniculi. an. ʒ. s. mastiches. ʒ. 2. mirrhę, thuris. an. ʒ. 1. oleorum mastichini, nardini, rosacei, anethini. ℥. 1. ceræ & resinę quod satis est, fiat ceratum. Et istius epithematis, quod. ℞.

Epithema se. anisi, fœniculi, ammeos. an. ℥. 1. s. cinnamomi, gariophyllorum, iunci odorati. an. ℥. 1. Decoquātur in lib. 1. s. aquæ usq; ad medietatis absumptionē, coletur, & colaturę adiiciatur succorum absinthii, eupatorii an. ℥. 2. specierum diacinamomi, diagalangę. an. ℥. 1. cassutę. ʒ. 2. aceti. ℥. 2. misce, fiat epithema. In humida

Humidæ intemperiei. autem intemperie uictus ratione desiccāte utendum carnibus nimirum uolucrium assis, uino tenui, & sudores mouētibus, laconico, balneis naturalibus. Parum uero bibendum ac comedendum: pisces: quoq; in uniuersum omnes, ac fructus quibus humectandi uis inest: deuitandi. Per os sumendus syrupus de absinthio: dialaccę & diacurcumæ confectiones. Extrinsecus etiam quæ exiccant citra insignem calorē adhibenda: de quibus omnibus infrà in Capite de Anasarca copiosè dicemus. Sicca iecoris intempe-

Siccæ intemperiei ries haud secus atq; hectica febris curatur: hoc solo quòd supra monuimus non neglecto: ut semper humectantibus medicamentis misceantur: quæ robur uisceri addere possunt. Et ut rem paucis perstringamus: in sicca intemperie balnea sufficiunt dulcium aquarum: & humectans uictus ratio: de quibus in Curatione febris hecticæ copiosissimè dicemus. Ex hoc itaq; loco petenda erunt: quę hic desiderantur. Cæterum inter ea quæ à proprietate totius substantię: efficacia existunt: optimum est lupinum iecur: quod sanè diligenter tritu: drachmę unius pōdere cum uino dulci aqua calida diluto præbetur. Hoc enim multiplici experimento cognitum: oībus

iecoris

iecoris intemperiebus cómodum existit: utpote proprietate totius substantię hanc efficaciaз habens, nõ calefaciendo, aut refrigerando.

De obstructione iocinoris. Cap. XIX.

IOcinoris obstructio à flatibus uaporosis ⁊ crassis, concoctuq; difficilibus fit. Interdum autem ⁊ à crassis uiscosisq; humoribus, in finibus uenaruз ex sima iocinoris parte enatarum, per quas ex uẽtre ⁊ intestinis alimenti digestio ad iecur contingit. Causę.

Porrò quuз uaporosi ⁊ crassi flatus multitudo coaceruatur, quę exitum non habet, atqз adeò obstructionem efficit, non grauitatis circa dextrum hypochondrium solum, sed ⁊ distentionis sensus oboritur. Obstructionem uero à crassis uiscidisq; humoribus consequitur grauitatis cum dolore sensus, aliquando quidem obtusę, aliquando uero uehementis: ⁊ quandoq; quidem absqз febre, quandoqз cũ febre. Crassa enim ⁊ uiscosa ac multa, oĩno amplius reliquis obstruunt, ⁊ maximè quãdo ęgri à cibo uehementiori motu utuntur. Si uero acria sint ⁊ multa quę in cibo sumuntur, dolor ex obstructione uehementior fit, quum obturata corpora simul ⁊ tensionem perferant, simulq; pungantur. Signa.

Cibi his dandi sunt calidiores, ⁊ qui aperiendi obstructiones facultatem habent: nempe porrum ex oxymelite, asparagum, fœniculum, oreoselinum, cappares, reliquaq; obsonia ex condimento aliquo calefaciente, q̃ďq; obstructiones auferat, incocta. Vitanda sunt alimẽta crassi succi, balnea, ⁊ exercitia à cibo. Vino utatur tenui, ac ueteri. Victus.

Vltra uictus rationem attenuantium quoqз ⁊ obstructionem tollentium medicamẽtorum quàm celerrimus requiritur usus: obstructio enim inueterata non tantum in iocinore, sed in omni corporis parte putrefactionem operař, febremq; accendit. Pręclare aũt ⁊ citra molestiã ab obstructio- Curatio

L ne le-

Simplicia obstructionem tollentia. ne leuant inter simplicia medicamenta, lupi iecur, fumaria, eupatorium, chamæmelum, acori radix, dracunculi radix, asarum, anisum, apium, absinthiũ, cassia, iris, glycyrrhiza, rha ponticũ uerum, lupini, cappares, ammi cassutha, oreoselinum, pistacia, amygdalæ amaræ, spica nardi, stœchas, gentiana, plantaginis radix, semen, & folia sicca, anagallidis fœminæ succus, cichorium, halicacabum, intyba utraq; , asparagus, & ruscus. Ex iis uaria componi medicamēta possunt: potissimum uero decocta: adiectis oxymelite simplici: scyllitico: syrupo acido composito: de absinthio: hyssopo, calamitha: marrubio: & similibus. In hunc usum exhibendi etiam pastilli de eupatorio: de absinthio: de rhabarbaro: & similes. Conferunt etiam confectiones dialaccę & diacurcumę. Inter cętera autem non solum iucundum: uerumetiam utile est: ut pistacia decem aut duodecim per noctem in uino Aruisio (quod corrupta uoce malmasinum hodie uocant) macerata, in aurora coctione iam facta sumantur. Extrinsecus etiam admouenda epithemata, unguenta: emplastra & cerata: quæ in Ca. superiore de Curatiõe frigidæ intẽperiei iecoris dicta sunt. Hæc medicamenta sufficient, si malum non inueteratum fuerit. Si enim in uetustatem incidat, uenę etiã sectio: & purgatio: si nihil prohibet: adhibenda erũt. In hunc usum exhibenda catapotia de rhabarbaro, de agarico, & similia medicamenta, quę crassos & lentos humores per aluum purgare possunt. Vacuato iam corpore, ea quæ suprà comprehensa sunt propinanda medicamenta erunt. hoc autem potissimum

Ecligma. ecligma, quod accipit R adicis iridis, radicis chamæpityos, seminũ fœniculi, anisi apii, añ. ʒ. ii. asari. ʒ. ii. s. cinnamomi, zingiberis, carei, chamæmeli añ. ʒ. i. stœchadis, gentianę, marrubii añ. ʒ. ii. cũ oxymelite scyllitico quod satis est, fiat ecligma. Hoc mirificè obstructiones, non solum eas quę in cauo, uerũetiam

quæ

quę in gibbo iocinoris hęrent, quandoquidem per urinas uehementer expurget, tollit.

De inflammatione iocinoris. Cap. XX.

IN iocinore perinde atq; in aliis uiſceribus, ob eaſdemq; cauſas, fit inflammatio. Inflammato autē iocinore omnib. quidem ex ęquo in dextro hypochondrio dolor & grauitas eſt, qui ſuprà ad iugulū uſq;, infrà autem ad ſpurias coſtas peruenit. Tumor quoque dextri hypocondrii conſequitur. Huic dolori accedit febris acuta, tuſſis exigua & ſicca, ſitis inexhauſta, cibi faſtidium difficultas ſpiritus. Lingua primò rubicunda apparet, poſtea nigra: bilem uomunt puram, atq; etiam uitellinam, pòſt autem & ęruginoſam. aluus adſtringitur, color corporis ſubuertitur in arquati morbi ſpeciem permutatus, ſingultus quoq; conſequitur. Acceſſionis etiam tempore quidam delirio apprehenduntur, & acrē urinam excernunt. Quando uero priuatim caua iocinoris inflammationem patiūtur, nauſea, uomitus, cibi faſtidium, & ardor ac ſitis intenduntur. Si uero gibba ipſius inflammatio exercet præter alia ſuperius commemorata, tumor manifeſtus quoque in ſuperficie oculis & tactui conſpicuus eſt. Hæc quidem uehementem grandemq; inflammationem teſtantur. Sin obſcura quædam fuerit, iubebimus ægro magnam edat reſpirationem. Et ſi dextrum hypocondrium dolere aſſerat, moderata iecoris inflammatio cenſebitur. Quod ſi iuxta ſitum incumbētium iecori muſculorum oblōgus inflammationi tumor appareat, prædictorum nullo pręſente, illos ipſos inflammatione laborare agnoſcemus. Porrò iecore inflammato, ſanguinis detractionem experiri oportet, ſi nihil id fieri impediat. Incidenda autem in dextro cubito uena interna, ita ut ſubſtratam arteriam obſeruemus: quæ ſi non appareat, media: ſi uero neq; ipſa ap-

Cauſa.

Signa

Curatio.

pareat: superior. Copiosus autem, & quantum satis est si uires ferre queant, educendus. Sanguinis missione facta, post modicum interuallum simplici ac leui clysteri aluus eluenda, maxime si non sponte egerat. Extrinsecus cucurbitę cum scarificatione affigendę. Fomentis etiam utendum ex lanis oleo imbutis, cataplasmatis, ceratis, & epithematis. In quibus adhibendis in summa hoc pręcipiendum est, ut adstringentia emollientibus semper admisceantur. Fomentum itaq; fiat ex oleo cotoneorum, aut mastichino, aut rosaceo, aut myrthino, adiecto uino odorifero. Aut adhibeatur spongia madefacta in decocto absinthii, meliloti, rosarum rubearum, chamęmeli, plantaginis intybi domestici (quam endiuiam uocant) & similium. Cataplasmata uero, & emplastra ex semine lini & fœni gręci, farina hordeacea, malis cotoneis, meliloti flore, absinthio, & similibus, in hunc modum componēda sunt. ℞. Farinę hordeacę. ℥. s. carnis cotoneorum contusæ. ʒ. iii. absinthii, florum meliloti, iunci odorati. añ. ʒ. ii. seminis lini. ʒ. i. oleorum rosacei, cotoneorum, chamęmelini, absinthii añ. ℥. s. aceti ℥. i. misce, fiat emplastrū. Cerata sic confici possunt. ℞. Carnis palmularum. ʒ. iii. myrrhæ in uino ueteri adstringente maceratę, styracis, mastiches. añ. ʒ. ii. florum meliloti, comę absinthii, chamęmeli añ. ʒ. i. s. croci. ʒ. s. oleorum cotoneorū, mastichini, rosacei. añ. ℥. i. cerę & resinæ quod satis est, fiat ceratum. In hunc usū etiam epithemata ex decocto herbarum suprà nominatarum, aut succis rosarum, plantaginis, absinthii, chamęmeli, & similibus componi possunt. In quibus omnibus componendis unicè studendum, ut adstringentia ubi uehemens adhuc est inflammatio, relaxantibus & emollientib. præualeant. contrà uero remittente uehementi calore, emollientia adstringētibus. Cauendum præterea, ne prædicta actu frigida admoueantur, sed prius modicè calefacta. Por

Fomentum. Emplastrum. Ceratum. Nihil actu frigidum

rò in inflammatione iecoris ubi magni circumstent dolores etiam medicamenta dolorem leuantia in potu sunt exhibenda: ita tamen, ut assiduus eorũ usus deuitetur. Simplicibus autem potionibus frequentius utendum. Senecionis itaq; decoctum tanquam maximè commodum, aut succus glycyrrhizę cum aqua calida exhibendus. His non minus confert intyborum succus, adiecto modico melle. Ad hoc enĩ quod refrigerat, ac firmitatem uisceri addit, etiã ora uenarum iecoris expurgat. Cęterum aluus etiam irritanda est, urticæ uel mercurialis coctorum esu. In declinatione etiam morbi aluus per clysteres inaniri postulat. In quem usum polypodium & epithymium ex mulsa porriguntur. Idq; potissimum, si in cauo uisceris fuerit inflammatio. Caua enim iecoris per aluum, gibba uero per urinas expurganda sunt. Porrò in iecoris inflammatione, exquisitissimo uictu, Galeno. lib. 13. Ther. meth. monitore, est opus. Poscit autem iecur ipsum cibos, qui obstructa recludant. Talia uero omnia sunt tenui consistentia, & quę citra rosionem detergunt: cuiusmodi est ptisana, mulsa Alimentum igitur optimum est, sic patientibus, cremor ptisanę, in quo apium decoctum sit. Ius etiã pulli gallinacei, in quo oreoselinum decoctum sit, dari potest. Bibat mulsam, aut decoctum hordei, uel intyborum domesticorum. Cæterum si inflammatio, principium permutationis ad suppurationem iã suscepit, tum omnia prædicta, augebuntur, dolores nimirum, febres, delirium, anxietas, cibiq; fastidium. Adiuuare igitur permutationẽ ac puris eruptionem oportet, ut quàm celerrime fiat, ne maiora inde corpora corrumpãtur, per usum uidelicet istius cataplasmatis qđ ℞. Radicis altheę. ℥. i. s. seminis fœnigræci, lini. añ. ʒ. ii. foliorũ altheę maluę. añ. M. ii. caricarum numero. vi. Buliãt in aqua donec mollescant, dein cõtũdantur, & fiat cataplasma. Neq; uero inconueni-

Iecore inflammatione laborãte adhibendum.

Victus.

Si inflammatio ad suppurationem tendat.

Maturantia.

Cataplasma.

Emplastrum.

enter etiam emplastra, quæ puris permutationem iuuare possunt, adhibentur: quale est quod. ℞. Farinæ hordeaceę, farinę fœnigręci. an. ʒ. iii. radicis althęę. ʒ. iii. s. radicis liliorum alborum. ʒ. i. s. seminis lini. ʒ. i. floruꝫ chamęmeli, meliloti. an. p. i. Buliant oia in aq̃ donec ad mellis crassitudineꝫ perueniant. deinde adde olei chamęmelini. ℥. i. olei liliacei. ℥. i. s. ⁊ buliant iterum, fiatq́; emplastrum. Ex prędictis possunt fieri cerata adiectis butyro, ladano, resina, ⁊ cera. Quum autem perfecta suppuratio fuerit, dolores remittent, omnesq́; accessiones mitiores apparebunt. Cęterum rupturę tempore dolor rursum magis augescet: quare etiam tunc rupturam adiuuare oportet, per stercoris caprini ⁊ colũbini, seminis urticę, sinapi, aliorũq́; ad superficiem attrahentium usum: ⁊ per potiones calorificas, ut est decoctũ polii, fumariæ, radicis chamędryos, ⁊ thlaspeos. Facta ruptiõe, aqua mellis, aut ciceris decoctum, aliaq́; quibus abstergendi facultas inest, quę infrà in Capite de Renum exulceratione commemorabuntur, propinanda. Et si puris transmissio per uenas fit, urinam mouentia admiscenda sunt. Sin per aluum, ea quę leniter subducunt, serum nimirum caprinum, tamarindi, casiaq́; fistularis exhibenda. Dein facta abstersione, quę conglutinare possunt propinanda.

Abstergentia.

De ictero. Cap. XXI.

Icterus.

Ἴκτερος est bilis, modo flauę, modo atrę, per uniuersum corpus effusio. Latinè regium, ⁊ arquatã passionem uocaut. Celsus etiam auriginem appellat. Harum omnium appellationum causas alibi explicauimus. Fit iuterdum iecore nihil patiente bilis effusio ad cutem in morborum iudicationib. Nonnũquã ubi citra febrem sanguis ab extranea aliqua occasione corrumpitur, ac biliosus efficitur, sicut à uenenaturũ bestiarum morsibus contingere cõsueuit.

Causæ.

Quin

Quin & fieri potest propter inflammationem, aut naturalis tẽperiei iocinoris aut lienis permutationem. Fit etiam aliquando ob imbecillitatem uesicę bilis susceptricis, quæ biliosum humorẽ, ueluti consueuit in sese ex iocinore non attrahit, & ob id impurũ sanguinem relinquit. Aliquando autem propter obstructionem, aut debilitatem uasorum, quorũ ora ex ea ad iecur deferuntur, biliosum humorem non attrahit, atq; adeo icteron efficit. Interdum etiã fit ꝓpter meatus, qui ad intestina uadit, obstructionem. Quare ad icteri causas probè discernendas, excrementorum figura & color necessario considerantur, quum in aliquibus multum colorata per flauam bilem appareant, quemadmodum etiam in aliis urinę. In quibus enim ratione iudicationis bonę in febribus biliosus humor ad cutem prorumpit, iis & excrementa, & urinę naturali modo se habere uidebuntur. Si autem cum febri & biliosis deiectionibus inuadat, & in dextro hypochondrio grauitas adsit, feruens iecoris inflammatio significatur, cuius ui sanguis in bilẽ mutatus, per uniuersum corpus defertur. Sin feruor citra grauitatem in ipso subset, ex sola calida iecoris intemperie uitiũ gignitur. Quibus uero citra febrem una cum grauitatis alicuius sensu circa dextrũ hypochondrion alba excrementa deiiciuntur, in his uesicę bilis susceptricis meatuum obstructionẽ esse factam putandum est. Si uero citra grauitatem talia deiiciantur, uires esse infirmas, aut attractricem quæ ex iecore attrahit, aut eam quę ad intestina propellit existimandum est. Statim iis etiã urinę biliosissimę affatim excernuntur. Porrò in quibus atrę bilis humor una cum sanguine ad cutem est delatus, hi omnino grauius patiuntur. Consequitur enim ipsos tristitia pręter rationem, & mordacitas eorum quæ circa uentrem sunt, difficultasq; spirandi, & cibos auersantur, & nigras urinas excernũt. Stercora uero chal Signa.

canti colorem referunt, & aluus iis magis resiccatur. Cęterum eos qui ex pallida bile regiũ morbum cõtrahunt, nulla mordacitas eorum quæ circa uentrẽ sunt consequitur, neq; etiam in tantum auersantur cibos. stercora alba egeruntur, urinę autem crocei coloris, turbatæ tamen permanent. Communiter autem omnib. ictericis pigricies ad motum accidit, & ad dulces cibos animum habent alienatum. Pruritus etiam uniuersi corporis comitatur. Alba oculorum, & partes faciei temporibus propinquę, itemq; malę pallorum ostendunt. Venę etiam sub lingua replete reperiuntur, & abundantem humorem significant. Icterici igitur, qui ratione bonę iudicationis febrib. perfectè solutis fiunt facilimè curantur, si lauacris aquarũ dulcium utãtur, ac olei discussorii perfrictiõe, omnib.q; quę cutem rarefacere possunt: qualia sunt, oleum chamęmelinum, anethinum, irinum, & similia. Victus quoq; rationem uniuersam in iis humectiorem cõstituere oportet, & ut humorũ crassitudinem attenuare possit. Qui ex uirulentorũ animalium morsibus ictero corripiuntur, curandi ferè sunt sicut ii, qui à rabido cane morsi sunt, de quibus suo loco diximus. His qui ob calidam iecoris intemperiem, aut inflammationem arquati fiunt, curatio superius cõprehensam, ubi de Iecore agebatur, admouenda erit, eamq; integram in hoc Capite transferre oportet, ne eadem nobis sint sępius repetenda.

Curatio. Si ratione iudicationis bone accidat.

Si ex morsu uirulentorum.

Si ob intẽperiẽ aut inflammationem iecoris.

At si propter obstructionem uesicę fellis susceptricis fiat icteros, tum duo maxima remedia principatũ obtinent, sectio uenę, & purgatio. In quibus igitur multitudo sanguinis una cum bile in toto corpore abundat, & quos circa iecur aut lienem grauitas aut distensio infestat, in iis nihil uenæ sectione commodius fieri potest, si nulla alia re id facere prępediaris. Secanda uero est uena in dextro cubito interna iecore patiente, liene autem in sinistro, sanguisq; particu latim

Si ab obstructiõe.

Venæ sectio.

latim & per uices est detrahendus, ne per coaceruatã euacuationem uires ęgri prosternantur. Neque uero inepte clyster adhibetur, si à uenę sectione excludimur. A uenæ autem incisione etiam non incommo de clyster iniicitur, qui propter stercorum euacuationem spirandi facilitatem inducit, intestinaq; irritando ac mordendo, humores ad cutis superficiem delatos, ad ipsa retrahit & reuellit. Sit uero talis, aut huic similis. ℞. Intybi utriusq;, marrubii, eupatorii, adianthi, origani, absinthii. an. M. i. seminũ anisi, foeniculi, oreoselini, asparagi. an. ʒ. ii. s. radicũ glycyrrhizę, apii, fœniculi. an. ℥. i. Buliãt in aqua sufficiẽti. dein colaturę. ℞. ℥. xiii. Casię fistularis. ℥. i. hierę picrę. ℥. s. ecligmatis de succo rosarũ. ʒ. ii. oleorũ anethini, irini. an. ℥. i. s. salis. ʒ. i. fiat clyster. Cęterum purgationes huic morbo magis proprię & familiares sunt, sic tamen ut eduliis & potionib. itẽq; medicamentis humores prius attenuentur. Cibis itaq; utendum cõcoctu facilibus & extenuantib. uolucribus montanis, piscibus saxatilibus, oleribus quę urinã cient præsertim intybis, asparagis, smyrnio, fœniculo, & similibus. Carnes ferinæ mansuetis magis sunt aptę. Pro liquamine seu embammate ualet acetum, in quo aristolochia macerata sit. A fructibus abstinendum. Bellaria sint amygdalę sed modice sumantur: & cicer, modice torrefactum. Eius etiam decoctum assidue potatũ, non parum confert. Vinũ cõuenit albũ & tenue, non ualde uetustum. Quod ad medicamenta ipsa attinet, sumenda sunt quæ in Cap. de Obstructione iecoris, & in Lib. primo de Extenuandis pituitosis humoribus Cap. 8. dicta sunt. Potissimum uero apii, adiãthi, calaminthes, uerbenacę rectę, rubię radicis, aristolochię, serpilli, hypericiq; decoctum. Extenuatis iam & prępraratis humoribus, pharmacum quod flauã bilem purgat exhibendum. Sunt autem purgationes ictericis dãdę fortiores: ob uentris enim sicci tatem

Clyster.

Victus

Purgatio.

tatem imbecilliores, inefficacesq́; in ipsis cognoscũtur. Quę autem præ aliis conferunt, est dilutũ Rhabarbari lib. i. Cap. 7. descriptũ, ac hiera picra, ecligma de succo rosaceo, de psilio, & diaphœnicon. Quod si primo purgante medicamento nihil proficias, rursus ad ea quibus obstructiones tollẽdi facultas inest reuertendum, & post triduum rursus uiolentius purgandum. Si liene patiente malum oriatur, ad Caput de Melancholia, & Obstructione lienis recurrendũ.

Viscera utraq; repurgãtia

Postea quæ uiscera repugnant exhibenda sunt medicamenta. In quem usum radix cyclamini trita potata confert. hęc enim non solum repurgat uiscera, uerumetiam ad bilem in uniuersa cute excludendã per sudorem aptissima. Quare post eius potionẽ sudoris exclusionem per uelamenta ac concalefactionem in lecto iuuare oportet. Dantur ex ea drachmæ duę, aut tres, ex aqua mulsa. Pręclarè quoque facit corticis raphani succus, uino meraco dulcipmixtus aut uino mulso, ita ut succi ℥. 2. uini ℥. i. contemperentur. Vermes etiam terreni exiccati ex uino mulso per triduum dati icterum per lotium eiicient. Itẽ cassuthę succus mirificè etiam prodest. Cęterum medicamenta quę in potu accipiuntur omnia, si fieri potest, in balneo exhibeantur, ubi nimirum ęgri in solium calidum conscenderint. Plurimum quoq; dietę uirium refocillatrici hoc tempore intentũ esse oꝫ, per quam facultas excretrix reparetur, & si qua pars lęsa sit corroboretur, ac pręsens coloris corruptio repurgetur. Quapropter conueniunt exercitia, gestationes, inunctiones ac exudationes. In hunc usuꝫ pyriateria conferunt, in quib. oleum, in quo serpillum aut rosmarinus herba decocta sit, corpori illinẽdũ.

Viciatus color oculorum & faciei ut amouẽdus

Quod si uero quippiam ex ictero circa facieꝫ & oculos relinquatur, urinę auteꝫ appareant purę, aluusq́; consueto more egerat, narium infusis utendum. In quem

quem usum cyclamini succus, item nigella cum aceto, anagallidis ⁊ betæ succus infunditur. Acetum et acerrimum naribus attrahat ęger in solio desidens, contineat'que pressis naribus paulisper, ⁊ mirificè uacuabitur.

De aqua inter cutem. Cap. XXII.

Hydropis seu aquę inter cutē tres sunt species. Alia enim ἀσκίτης, alia τυμπανίτης, ⁊ tertia ἀνασάρκα, ὑποσάρκα, σαρκίτης ⁊ λευκοφλεγματίας dicitur. Ascites est, quum inter membranam peritonęū appellatam, ⁊ intestina plurimus aquosus humor coaceruatur. sic dicta, quod ἀσκὸν, id est utri modo mēbrana ipsa repleta esse uideatur. Tympanites est, ubi flatus ac spiritus superfluus plurimus in iisdem uentris locis congregatur. Anasarca est, ubi per uniuersam corporis molem humor disseminatur, ut instar spongiarum aut papyri uniuersa caro per madefacta appareat. Fit hydrops, ob insignem iecoris frigiditatem, aut ob alias partes uehementer refrigeratas, q̃ iecur in eundem affectum deducere ualent. Coafficitur autem iecur lieni refrigerato, aluoq́; ⁊ intestinis, maximè iis quę iuxta ieiunum intestinum sunt, pulmoniq́; ⁊ renibus, ac septo transuerso. Contingit etiam ex immodica hęmorrhoidū euacuatione, aut ex fluxu menstruorum, aut eorundē retentione, aut ab alia quadam magna uteri affectione, duritiæ nimirum, aut simili. Multi autem ⁊ a podagra ⁊ coxendicum dolore uexati, aquam inter cutem inciderunt. Frequentissime autem eos qui malo corporis habitu prędití sunt, item ab ictero infestatos, hydrops consequitur, cœliacam item affectionem ⁊ dysenteriam. Communiter omnis hydrops spirandi difficultatem, ⁊ tumorem, ⁊ grauitatem, ⁊ uitiatum colorem inducit, ex uirore nimirum

Aquę inter cutē tres species. ἀσκίτης

Τυμπανίτης.

ἀνασάρκη.

Causæ.

Signa.

Signa.

rum

Curatio. tuo simile euadit. Curatio à sanguinis detractione auspicãda, maximè si passionis origo ex hęmorrhoidibus aut menstruis suppressis est, & uirtus atq; ætas permiserint. Hac enim ratione plenitudo quæ infestat exhauritur, & languentis natura exonerata alacrior fit, & mali causa minuitur, & deinde necessario minore negotio redit sanitas. Prauis humorib. per uenæ sectionem detractis, ad purgantium medicamĩnũ pręsidia deueniendum. Quod si tamen extenuatione ac humorum ad expulsionem pręparatione opus sit, decocta & alia quæ suprà in Capitib. de Iecoris imbecillitate & obstructione dicta sunt, exhibeantur. In quem etiam usum syrupi de absinthio, de intybo (quam endiuiam nominant) de eupatorio, & byzanthiis barbaris dictus, exhibendi. Purgantia uero medicamenta simplicia sint Rhabarbarum, & agaricus. Composita uero, catapotia de rhabarbaro, de hiera simplici, de agarico, & similia. Conuenit etiam

Purgatio. inter initia hiera picra, quod hęc obstructiones laxet, & uisceribus robur addat. Quapropter cauendũ, ne ualida, quæq; nullum iecori robur adiiciunt medicamenta exhibeamus. Infestans humor sensim & paulatim per purgantia medicamenta uacuandus. Semel enim & confertim euacuantes, mirificè uires deiicimus, iecurq; refrigeramus. Singulis itaq; septimanis aluus subducenda, semperq; à mitiorib. ad aliquantulum ualentiora transeundum. In hunc igitur usum conueniunt ecligmata diaphœnicon, & Indi. Pulcherrima etiam purgatio conficitur ex radice sambuci in uino decocta. Prodest itidẽ & ebuli radix: eadẽ namq; sambuco & ebulo uis est. Porrò reliquo curationis tempore, quo purgantib. medicamentis abstinet, exhibenda quæ iecori robur addunt, quorũ multa suprà de Imbecillitatis eiusdem & Obstructionis curatione dicta sunt: & quæ urinam mouere possunt. In quem usum exhibebimus confectiones dia-

Robur addentia iecori, & urinam mouentia.

rhodon

rhodó. abbatis, aromatici rosaceii, dilaccæ, diacurcu mæ pastillos de eupatorio, rhaharbaro, & absinthio: theriacam item, & similia. Proderit autem unicè hoc medicamento uti, quod ℞. Specierum diacurcumæ, dialaccę. añ. ʒ. i. specierũ diatriasantali, diarhodó ab batis. añ. ℈. s. specierum aromatici rosacei. ʒ. i. rhabar bari selecti. ℈. s. seminum intybi domestici latioris, melonum, fœniculi. añ. ʒ. ii. absinthii, chamęmeli, cas suthę. añ. ʒ. i. nucis myristicę, iunci odorati, spicę nar di. añ. ʒ. s. sacchari. ℥. i. misce, fiat tragea. Mirificè etiã hoc conferet, quod ℞. Seminum carei fœniculi, ani si. añ. ʒ. ii. cumini, seminis hyperici. añ. ʒ. i. seminum ammi, petroselini, dauci, smyrnii (leuisticum uocãt) añ. ℈. s. radicum iridis, asari. añ. ℈. i. absinthii. ʒ. i. gly cyrrhizæ. ℈. i. sacchari æquale omnibus pondus: mi sce, fiat tragia. Animaduertẽdũ autem, sicciora medi camenta magis quàm liquida anasarcis competere. *Tragea.*

Cęterum non prętermittẽdum, quin extrinsecus ea etiam adhibeantur medicamẽta, quę humores desic care possunt: qualia sunt cataplasmata, emplastra, & unguenta, aliaq; medicamenta resiccandi facultate prędita. In quem usum cataplasma ex farina hordea cea, fabaceaq;, fœnigręco, radice ebuli, baccis lauri, ab sinthio & origano in uino decoctis confectum, & toti uentris capacitati impositũ conuenit. Itẽ stercus bubulũ conuenienter resiccatũ, non ineptè cum posca, aut oxymelite iponitur, infarcta ac superinspersa sulphuris quarta parte. Caseus quoq; recens multũ coaguli habens optimè ad omnes tumentes partes impositus facit. Deniq; stercoris columbini, stercoris caprini, buphthalami, & chamęmeli, ęquales partes tusę, in acerrimo aceto & melle coctę adhibeãtur. Emplastris etiam utẽdum ex fermento, caricis, nitro, iride, meliloto, saluia, pulegio, cardamomo, sulphure uiuo, baccis lauri, staphysagria, sale, ammoniaco, mastíce, thure, abrotono, aristolochia rotũda, fimo colũ barum *Extrinsecus quæ admouẽd medicamẽta. Cataplasmata. Emplastra.*

barum cum oxymelite confectis. Cęteruȝ omnia im pinguantia & resinosa cerata uitanda sunt, ueluti q̄ inflent, & tumores, eo quòd difflationem impediunt, distendant. Tamen debent assiduè & crura & manus, alięq; tumefactę partes in sole, aut iuxta ignem hoc medicamento inungi, quod. ℞. Vnguenti agrippæ. ℥.i. pinguedinis suillę. ℥.i.s. farinarum seminis lini, fœnigręci, fabacęe, hordeacęe. an̄. ʒ.i.s. seminum althęe, nigellę, dauci. an̄. ʒ.i. sulphuris uini. ʒ.iii. boli armenię. ʒ.2. radicis iridis. ʒ.2.s. aluminis scissi, thuris. an̄. ʒ.i.s. euphorbii. ʒ.i. oleorum irini, liliorum alborum, chamęmelini. an̄. ℥.i.s. cum cera q̄ satis est, fiat unguentum: quo liquefacto, ex eo sępe tumores illinendi. Iaȝ dictis addantur ea quę supra in Victus ratione sunt exposita.

Vnguentum.

De ascite. Cap. XXIIII.

Signa. IN hac uenter totumq; abdomen intumescit, eoq; concusso talis auditur sonus, qualem uter aqua non omnino plenus reddere solet. Reliquę uero partes corporis, superiores pręcipue, minime inflantur. Victus ratio in hac aqua inter cutem specie fit ex montanis auiculis, & aliis cócoctu facilibus, & bonum procreantibus succum, haud secus quàȝ in priore. Curandi ratio a purgantium medicamentorum usu auspicabitur. Quapropter ea medicamenta quæ in Cap. pręcedente commemorata sunt, ęgrotantibus exhibenda. Superat autem omnia reliqua, brassica marina (quam soldanam & soldanellam hodię uocant) in potu assumpta. Hęc enim in euacuanda hydropicorum aqua mirificum ostendit effectum, adeo ut multi solius eius usu sanitati sint restituti. Datur ex ea drachmę duę, plus aut minus, iuxta corporuȝ diuersitatem, in uino, aut sero lactis. Conferunt etiam catapotia de sagapeno, & drachmę duæ aut tres succi radicis iridis, adiecta sacchari uncia una. Clysteres ēt adhibédi acres, nisi uenter sua spó te hu-

Victus. *Curatio.* *Clysteres.*

te humeſcat: tunc enim exiccare ipſum magis conuenit. Commendatur autem eiuſmodi, qui ℞. Florum daphnoidis (laureolam uocant.) ʒ.2. polypodii, agarici añ. ʒ.i.s. caſſuthę. ʒ.iii. decoquantur in uino aut aqua ℞. Colaturę. ℥.xii. benedictę laxatiuæ. ℥.s. ecligmatis Indi. ʒ.2..s. mellis. ℥.i. olei rutacei, chamæmelini, irini añ. ℥.i. ſalis gemmę. ʒ.i.s. miſce, fiat enæma. In eũ etiam uſum colocynthis, cartamus ſeu cnicus, baccę lauri, ſemẽ aniſi, ammi, & carei, ruta, radix cucumeris ſylueſtris, adiectis aliis decoqui poſſunt. Poſt auxilia prędicta, uentri uniuerſo ex prę ſcriptis cataplaſmatis & emplaſtris q̃daʒ imponantur. Adhibeantur ẽt inunctiões, exercitia, urinã & ſudores mouentia auxilia, de quib. oĩb. ſuprà copioſè diximus.

De tympanite. Cap. XXV.

IN hoc uitio uenter inflatur, diſtenditurq́;, & conſ cuſſus tympani ſonitũ edit: reliquę uero corpis partes emaciantur. Victus rationeʒ prioribus ſimiſem obtinet. tñ cuʒ magna ex parte è flatibus oriatur, unice uitanda ſunt omnia flatuoſa. Aegrotantĩ autẽ multa exercitia, & ſitis ingens, ſtrenuò auxiliatur. Curatio aũt ipſa à purgantibus medicamentis inchoanda. Clyſteres ẽt, quib. flatus diſcutiendi facultas ineſt, infundere opʒ, qualis eſt qui ℞. Radicũ apii, fœniculi añ. ℥.i. ſeminum aniſi, fœniculi, dauci, ſmyrnii, oreoſelini, cumini añ. ʒ.2. carei. ʒ.iij. rutę, aſari, foliorum ebuli, meliloti añ. M.1. Buliant in aq̃ ſufficienti, quoad tertia pars abſumpta fuerit. Colaturę ℞. lib. 1. hierę picrę, benedictę laxatiuę an. ℥.s. ecligmatis de baccis lauri. ʒ.iii. oleorum rutacei, anethini añ. ℥.i.s. ſalis. ʒ.i.s. miſce, fiat clyſter. Danda ẽt ſic affectis ea quę urinã mouent, & iis q̃ flatus diſcutere & digerere poſſunt. tum intrinſecus tuʒ extrinſecus utendũ. Qualia certe multa in Cap. de Coli doloribus, ad qđ recurrendũ erit, dicta ſunt. Venter itaq;

Signa. Victus. Curatio. Clyſter.

Sacculi. indies panico, milio, sale, furfurib. foliis rutæ, chamemeli florib. cinere calido, sacculis insutis, fouendus.

Ceratum. Potest etiã hoc adhiberi ceratum, quod ℞. Flo℞ chamemeli: meliloti añ. ℥. i. s. mẽtastri: satureię, asari añ. ℨ. i. seminũ anisi, fœniculi: rutę, cumini, dauci. añ. ℨ. i. cardamomi. ℨ. s. myrrhę, castorei. añ. ℨ. i. oleo℞ rutacei. ℥. iii. anethini. ℥. i. s. resinæ ⁊ cerę quod satis est fiat ceratũ. Cucurbitulę pręterea leues, cũ multa flãma, crebro toti uentri suffixę, mirifice prosunt. Venter etiam aspero linteo tantisper dũ robur excitetur perfricandus.

Cõfectio Intrinsecus utendũ cõfectionibus dianisi, diacumini, ⁊ ex baccis lauri: uel ista, q̃ ℞. Sperũ dianisi, diacumini añ. ℨ. i. Specie℞ ecligmatis de baccis lauri. ℨ. i. Specierũ diagalangę. ℨ. s. seminu℥ anisi carei, dauci, fœniculi añ. ℨ. s. foliorum rutę, se. apii, smyrnii añ. ℨ. i. sacchari. ℥. vi. dissoluti in succis fœniculi ⁊ apii, fiat cõfectio in morsulis. Quæ hic desiderantur alia, pete ex Cap. de Coli doloribus.

De intemperie lienis. Cap. XXVI.

Causæ. Quemadmodũ reliquę corporis partes octo intemperierum generibus affliguntur, ita ⁊ lien. Veru℥ frequentissime frigida℥ ⁊ humidam sustinet intemperiem. Singularum autem causas non est cur referamus. eędem enim sunt, quę aliarum partium corporis. Petendę itaq℥ ex Lib. Galeni de Morborum caus. Cap. primo, secundo ⁊ tertio.

Signa intemperiei studę qualitatis. Signum autem certum ⁊ compendiosu℥ intemperiei in liene, ea quę eduntur ac bibuntur exhibeant, ⁊ q̃ forinsecus cuticulę iuxta sinistrum hypochondriu℥ accedunt.

Frigidæ. Si enim frigida intemperies iuxta ipsum fuerit oborta, omnis cibus ⁊ potus qui efficaciter refrigerare potest, facile ⁊ manifeste lienem lædit. Omnia etiam frigida extrinsecus admota offendunt, atq℥ adeo frigidam lienis arguunt intemperiem. Ea℥ uero ipsam omnia calida consolantur.

Calidę. Quod si calida

lida fuerit lienis intéperies à nullis quę in cibo aut potu exhibentur, aut etiam extrinſecus accedunt, dolorem perfert. Et ſi quidem caliditas augeſcat, non ſolum nihil tumori apponitur, ſed & contractionē amplius ſuſtinet, pręſertim ſi febris adſit. Cæterum & cibi & potus calefacientes, & quæ extrinſecus corpori calorem addunt, calidas etiam intemperies augent & exacerbant. Solatio aūt ſunt eis omnia refrigerantia. Similiter etiam ſiccę intemperiei in liene ſigna colligere oportet, maximè quum pro magnitudine proprię naturę non eminet. Ea item quę extrinſecus corpori adueniunt, atq; intra ipſum deuorantur, ſi exiccandi facultate prædita ſunt, lienē exiccāt. Porro ubi humida intemperie lien laborauerit, atq; ea amplius inualuerit, in tantum eius excrementum facit, ut etiam uentrem ac iecur pertingat. Spēs quoque doloris una cum prędictis ſignis infeſtantē intēperiem demonſtrabit. In calida enim & frigida intemperie minus dolent, aut nihil omnino, neq; quicq̄; etiam in humida: minimum uero in ſicca. Ex prędictis etiam coniecturam facere licet compoſitarū in liene intemperierū. ferè enī in totum ubi calida intemperies fuerit intenſa, ſicca eam conſequitur, & ad frigidam inueteratā humida concomitatur. Quandoquidem uero & humores in lienē confluentes tumores producunt, eorum quoq; diligentem conſiderationem facere oportet, quales nam ſint tandem, ex iis quæ iam dicentur. Billioſo enim fluore exiſtente, uniuerſum corpus calidius apparebit, etiam ſi nō adſit febris, oculiq; & urinæ per bilem coloratæ. Siccitatem ſemper accuſabit ęger, & de ſiti conqueretur, ac bili os infeſtante. Cibum faſtidit, & uigiliis infeſtatur, frigidamq; deſiderat, una cum hoc quod linguam ſubflauam habet. Si uero atrę bilis ſit fluor, color tum in lingua, tum in reliquo toto corpore apparebit, & appetentia aderit ciborū, mœſtiq; ac ſubtriſtes

Siccę.

Humidę.

Signa intemperiei cum fluore ſubſtātię.

Billioſę.

Atrę biliſę.

Pituitosæ. stes ægri sunt. Aut uero ubi pituitosus humor in lienem deferatur, consimilis pituitosis aderit color, ægriq; minime sitient, & cibũ appetent, nisi salsa fuerit pituita: tunc enim cibum fastidiunt ægri, potusq; magis sunt appetentes. Quin urinę quoq; pituitosę sunt, ipsiq; ęgri secundum mores pigri sunt & segnes.

Sanguineæ. Quidam uero ex eis qui frigidam affectionẽ habẽt, magnum & durum lienem acquirunt. Quod si sanguineus existat in lienem confluens humor, possibile est ipsum colorem tum iuxta linguã, tum circa cutem permutari. Inter appetentiam aũt ciborum & fastidiũ, medio quodam modo habent ęgri, reliquisq; magis languent, etiãsi non parem uisceris tumorem habeant. Venæ uero uniuersi corporis, sanguine plenę apparent, & urinę subfuluæ. Hęc signa fusius ex Aëtio narrauimus, quod nimirũ communia sint, & omnibus reliquarum partium corporis intemperiebus adaptari queant.

Curatio. intemperiei nudæ qualitatis. In uniuersum quidem lienis intemperies nudę qualitatis ferè citra tumorem fiunt. Eas itaq; tum per cibos ac potus, tum per simplicissima medicamenta, ac fomentorum irrigationes, quæ intemperiei contraria sunt, corrigere oportet.

Calidæ. Calidam igitur curabis, sicut iecoris, per cibos ac potus

Frigidæ. frigidos, inunctiones ex rosaceo & melino, atq; per alia quæ Cap. 18. huius Libri sunt dicta. Frigidam

Humidæ. lienis intemperiem haud secus atq; iecoris, p ea quæ moderata calefaciendi ui prędita existunt. In humida lienis intemperie, præter ea quæ Cap. paulo antè citato cõmemorata sunt, proderit quinquefolii radix, plantago sicca, spuma & flos salis, ammoniacum, succus salicis, & similia, si ex iis affuso sufficiẽti aceto unguentum aut ceratum conficiatur, qualia paulo

Siccæ. pòst describemus. Cõuenientissimę etiam huic sunt frictiones, quę discutiendi facultatẽ obtinet. Siccam lienis intemperiem balneum dulcium & calidarum aquarum curat: inunctio item ex oleo dulci, cibi ci-

tra

tra refrigerationem humectantes, uelut est ptisanæ succus. Porrò si intemperie cũ substantię fluore lié afficitur, tum ubi sanguinea fuerit, ex uena cubiti interna sinistri brachii (quam lienarem uocant) sanguis mittẽdus erit. Aut si ea inueniri haud possit, ex ea quæ inter annularem & auricularem uocatos digitos sita est. Dein adhibenda intrinsecus & extrinsecus quæ lieni robur adiicere possunt medicamenta, qualia sunt cortex radicis capparis, scolopẽdrium, hæmionitis, ammoniacum, scylla, tamarix, absinthium, adianthos, iris, calamintha, & similia, quæ iecoris quoq; firmitatem & robur conseruare ualét. De quibus omnibus copiosius in Cap. de Lienis inflammatione dicemus. Si reliquorũ humorum substantiæ cõfluxerint, primum redundans humor purganti medicamento uacuandus erit: dein reliquo tẽpore quæ intemperiem relictam corrigere, & lienem etiam corroborare possunt, adhibenda. *Curatio intẽperiei cum fluore substãtiæ.* *Lienẽ corroborantia.*

De lienis inflammatione. Cap. XXVII.

Lien ut reliquæ corporis partes inflammatione corripitur, quoties sanguis præter naturam ad eum confluit. Cognoscitur grauitate & tumore sinistri hypochondrii, qui ad tactum non cedit, dolore & distensione loci, febre, & ęstu. Irruentis uero humoris copia, ex magnitudine & uelocitate generationis ipsius inflammationis. Victus ratio eorum qui inflammatione lienis laborant simplex sit, eaq; quæ facile concoquantur, in cibo exhibeantur, uelut est alica lota, ptisanæ succus, panis madefactus, & eiusmodi. Si uero inflammatio diutius remoretur, etiam auicularum carnes eis concedendæ, & pisces petrosis aquis degentes. Bibat ęger decoctum cinnamomi, aut uinum aquosum. Curatio ipsa à uenè lienaris, aut eius quæ inter minorem & annullarem digitum est, incisione auspicetur, si nihil sit quod eam *Causa.* *Signa.* *Victus.* *Curatio.* *Venæ sectio.*

fieri uetet. Venter etiam per clysterem assidue eluatur, potissimum si uenę incidendę medela relinquatur. Deinde imponantur lieni medicamenta adstringentia, quæ id quod influit reprimere, & lienis firmitatem conseruare possunt. Non sunt uero sola adstringentia adhibenda, sed admiscenda erunt ea quę citra euidentem calorem extenuant, secant, atque relaxant, ne scilicet crassus in eo succus obturatus uehementius incrassescat, quemadmodū Galenus lib. 13. Ther. meth. diligenter monuit. Itaqꝫ si moderata fuerit inflammatio lienis, uinum uetus ac austerum tenuiumq; partiū oleo dulci permixtum, & lana succida exceptum imponemus. Si uero maior sit caliditas, rosaceum sit oleum, aut melinum, & chamæmelinum cū aceto. Verbi gratia ℞. Olei rosacei, cotoneorū an. ℥. ii. olei chamęmelini. ℥. i. aceti optimi. ℥. ß. misce. Quod si olea prędicta non adsint, folia rubi, aut mala cotonea in oleo decoquantur, & quædam etiam tenuium partium addantur, uelut est absinthium & pulegium. Cauendum etiam, ne actu frigida lieni imponamus, ea quæ extrinsecus admouentur medicamenta. Post irrigationes ac fomenta ad cataplasmata, in quorum compositionem hordeacea farina, & loliacea, caricas, & lini semen assumantur. Cæterum cauendum ne post irrigationes & ea cataplasmata locus denudetur: sed ubi hęc fuerint sublata, mox emplastrum aut ceratum, qualia in Cap. de Iecoris inflammatione descripsimus, imponatur. Siquidem similia genere medicamenta, ambo uiscera postulāt: tanto autem ualentiora lienis sint, quanto crassiore utitur alimento. Quare ex iis quę de iocinore diximus, ad lienis curationem exempla transsumes: quibus semper ferè acetum, & quippiam quod lieni gratū sit eiusq; robur peculiariter tueri possit, adiicias. Verum ubi inflammatio in scirrhū degenerat, non solū extrinsecus, sed etiam intrinsecus ualentiorib.

Quæ imponenda lieni.

Fomenta.

Cataplasma.

Curatio lienis indurati.

tiorib. medicamentis uti conuenit. Intrinsecus itaq; ualidissimę potiones (nam eas sine molestia tolerāt) exhibendę. Ex quarum numero, primas partes sibi uendicant cortices radicū capparis, hęmionitis, myricæ radix atq; germina in aceto uel oxymelite coᵭta. item centaureę minoris succus epotus, & lupinorum amarorum decoctum, cum ruta & pipere assumptum. Anagallidis fœminę scrupulus cum posca, aut oxymelite potus mirificè confert. Extrinsecus fomētum tale adhibeatur, quod ℞. Centaurii minoris, hęmionitidis, rutæ añ. M. i. radicis corticis capparis. ℥. i Decoquantur in aceto: & postquam decocta fuerint, spongia in decocto irrigata lieni calida imponatur. Vel potest esse huius unguenti usus: quod ℞. Oleorum de capparibus, liliorum alborum, irini añ. ℥. i. medullę ossium cruris bubulini. ʒ. i. s. mucositatis radicis altheę, fœnigręci, se. lini añ. ʒ. i. pinguedinis taxi, gallinę, anserinę, añ. ʒ. ii. corticum radicum capparis, tamaricis, costi, centaurii minoris añ. ʒ. i. ammoniaci, bdellii, chalbani añ. ʒ. s. gummi prius in aceto dissolutis, cum cera quod satis est, fiat unguentum. Emplastra denique & cerata multum conferre solēt. Componatur itaq; tale, uel simile, quod ℞. Oleorū liliacei, irini, de capparib. añ. ℥. i. farinę hordei, fœnigræci, seminis lini. añ. ʒ. i. corticū radicis capparis, hęmionitidis añ. ʒ. i. s. radicis altheę. ʒ. s. bdelii, ammoniaci, galbani añ. ʒ. i. s. opopanacis, myrrhę, thuris añ: ʒ. s. cum resina terebinthina & cera quod satis est, fiat ceratū. Cęterum oportet medicū diligenter ad affectū respicere, & pro eius ratione tū addere, tum adimere aut emollientia, aut attenuantia & discutientia, aut quæ robur addunt. Victus etiam ratio ubi duraties perfecta fuerit, attenuatoria sit. Acrium etiam rerum comestio per interualla, & potus exiguus conuenit. Vinum sit non ualde uetus, quod aqua permisceatur, in qua ferrum sæpe ignitum extinctum sit

Fomentū. Vnguentum. Ceratum. Victus.

Conuenientissimum enim lieni indurato remediū existit, candens ferrum in aqua, aut uino, aut posca subinde extinctum. Plurimum etiam fiduciæ in exercitationibus ponendum, quibus ante cibum uti conuenit, corpore superuacuis non abundante. Manifestum autem est, quod uociferationes quoq; oportunæ, & in tempore assumptæ, eis summè opitulantur. Cucurbitulæ etiam cum scarificatione affigendæ.

De lienis obstructione. Cap. XXVIII.

ACcidit, ut interdū non solum propter attractricis facultatis imbecillitatem, uerumetiā meatus, per quem atræ bilis fœculetus humor ex iecore ad lienem deriuatur, obstructionem, ut impurus ac uitiosus humor in totū corpus distribuatur. Quod ubi contigerit, color corporis uitiatus ad nigredinem uergit, & nonnunquam immedicabilia ulcera hoc modo patientes habent.

Causæ. Causæ obstructionis lienis ex iis quæ in Cap. de iecoris obstructione dicta sunt innotescent.

Signa. Cognoscitur ex grauitate, quæ est circa dextrum hypocondrium, uitiato corporis totius, præsertim uero faciei, colore: spiritus difficultate, & aliis quæ ex prædictis suprà innotescūt.

Curatio. Curatur is affectus uictus ratione extenuatoria, & medicamentis obstructionem tollentibus, de quibus abunde dictum est in Cap. de iecoris obstructione. Vtraq; enim uiscera similibus genere medicamentis indigent: lien tamen tanto fortiorib. indiget, quanto crassiore utitur alimento. *Præparatio humorum.* Quapropter quatenus ad humorum crassorum ut uacuationi promptius obediant præparationem attinet, iisdem certe medicamentis opus erit: hoc duntaxat obseruato, ut sint ualidiora, & commixta habeant quæ robur uisceri addere queant. Post præparationem uacuandi sunt humores per ea medicamenta, quæ crassos & feculentos humores purgare possunt, de quibus iam sæpe dictum

Purgatio.

dictum est. Posthæc intrinsecus adhibenda sunt, quę suprà de Iecoris affectibus, potissimum eius obstructione cõmemorata sunt. Forinsecus autem unguenta & cerata, quæ in Capite pręcedenti produximus, admouenda erunt.

De renib. cruentam vrinam excernentibus. Cap. XXIX.

Renum fit nonnunq; passio, in qua tenue sanguinis serum mingitur. Accidit autem ꝑpter renum imbecillitatem, urinam subinde secernere à sanguine nequeuntium. Aut propter amplitudinem osculorum, ex uena caua urinam ad renes excolantium. Quum enim ampliores ac patentiores meatus fuerint, quiddam etiam ex sanguine uenæ emittunt, aliaq; item crassa. Sæpe renes etiã iuxta circuitus quosdam sanguinẽ excernunt, simili modo ut ex hęmorroidibus in sede fieri consueuit. Quidã etiam sanguinem ex renibus excernunt, propter uenæ rupturam in renibus, factam. Veluti cõtingit is qui graue onus leuarunt, aut ualde saltarunt, aut ex alto ceciderunt, aut aliud quippiam tale uiolentum, ut est exercitium, aut coitus nimius, pertulerunt. Aliquando autem ob acres ex supernis defluentes humores, erosio uenarũ contingit. Cæterum si passio propter renum imbecillitatem contingat, sanguis qui excernitur, seorsus admodũ est. Sin ob osculorum amplitudinem, tunc nihil dolitant. Si certis circuitib. excretio fiat, tum uel plenitudo est totius corporis, aut consuetorum exercitiorum neglectus, aut membri cuiusdam, abscisio pręcessit. Si propter uenę rupturam, tunc copiosissimè sanguis excernitur. Si uero ab erosione, tum sensim & paulatim excernitur dolorq; renes excruciat. Curabis itaque eam cruentę urinę excretionem, quę propter renum debilitatem, aut amplitudinem osculorũ urinas ad renes excolãtiũ accidit quietè, cibis adstringẽtibus, potione uini

Causæ

Signa.

Curatio urinę cruẽtæ ab imbecillitate renum.

...tiuaso- rum eius amplitudi ne.

uini nigri, & aliis quę in Cap. de Cruento sputo cōprehensa sunt. Ab iis autem potissimum quę urinā cient, & à coitu omnino abstinendum. In potu autē, præter ea quę in Cap. iam citato dicta sunt, exhibēda symphyti radicis decoctum, & tragacantha in uino nigro macerata. Sistit etiam sanguinis ex renibus eruptiones cornu ceruini usti drachma una ex uino. Folia item salicis cū uino; lapidis hęmatitidis drachma una. Mirificè quoq; confert polygoni decoctū. Bolus deniq; Armenia drachmę pondere sumpta, Syrupus rosaceus, myrthinus, pastilli de succino, de terra Lemnia, & de spodio nominati. Suillum præterea lac unicè commendatur, si ieiuno ℥. iiii. quibus drachma una boli armenię commixta sit, exhibeantur. Forinsecus renibus & lumbis imponātur ea quę ad sanguinis per sputum reiectionem, & in Capite de Dysenteria, aliisq; sanguinis eruptionibus descripta sunt, & quęcunque unà cum eo quod adstringunt & resiccant, etiam robur addere possunt, qualia sunt rubi folia, & quercus. glandes, itemq; myrti baccæ, malicorium & balaustia, & similia. Post hæc habitus corporis cibis, lacte, ac auicularum carnibus, suillis etiam macris reficiendus est, quo uniuersum corpus ad pristinas uires reducatur, & renes corroborati proprium munus obeant & serosum humorem à sanguine secernant & excolent.

Curatio si per circuitus, aut propter uenæ rupturā, aut erosionem accidat.

Porrò si renes secundum circuitum sanguinem excernunt, aut propter rupturam uenę, aut acres ex supernis defluentes humores: tunc statim uena quę in cubito est secāda erit. His quidem qui per circuitus sanguinem excernunt, paulò antè circuitum, reliquis uero statim à principio. Cęterū sanguinis detractionem partiri melius erit, ut paulatī eis reuulsio & auersio fiat. Loci autem circa renes spongiis posca imbutis cooperiantur, aut lanis succidis cum rosaceo & aceto. Post hæc emplastra, unguenta, & cerata locis paulò antè

citatis

citatis descripta, imponenda. Cómodè etiam cucurbita adhibetur, pręsertim si suspicio sit inflammationem ad esse in his, qui ob uenę rupturam sanguinem mingunt. Conueniunt etiam potiones suprà, & in Cap. de Sputo cruento commemoratę. Aeger interea etiam à salsis & acribus omnibus arcendus. Vbi uero iam sanguinis excretio cessauerit, uictus ratione utendum est, unde non multus sanguis gignatur, maximè in iis qui per circuitũ excreuerunt, & supernè corporis partes assiduè exercendę. In iis autem qui ob uenam ruptam sanguinem mingunt, si exulceratio in locis relinquatur, ipsam post sanguinis suppressionem curabimus, per ea quę in Capite de Renum exulceratione dicentur.

De inflammatione renum. Cap. XXX.

Renes ob plurimas causas inflammatione corripiuntur. Nam & humores corrupti, & plagę, & attritiones, & medicamentorũ potiones inflammationem procreant, & pręsertim equitationes cótinuę & uehemẽtes. Accedit ęgris dolor pulsatilis retro iuxta primam dorsi uertebram, paululum suprà spurias costas. Distendit aũt dolor sursum usq; ad iecur, pręsertim dextro rene affecto. Deorsum uero usq; ad uesicam & pudendũ, lumbosq; & coxendices, pectinem item & fœmora. Consequitur etiam stupor propinqui cruris, & neq; rectà erigi possunt, neq; pedibus ingredi. Et siue sternutatio, siue aliqua alia cõcussio irruat, uehementi dolore lancinãtur. Frigent eorum extrema, & magis surę ac pedes. Adest urinæ emittendæ difficultas, minguntq; assiduè ac laboriose, in principio quidem tenuia & aquosa, in quib. nihil subsidet: inflammatione uero in peius proficiente, rubicundiora: deinde etiam crassa & mucosa, adsuntq; febres uehementes. Quod si adhuc amplius inflammatio augescat, hęc omnia fiunt uehementiora. His

Causa.

Signa.

ra. His accedit nausea, & stomachi morsus, & uomitus bilis. Quidam autem ipsorum usq; ad animi deliquium anguntur & exudant. Sistitur ipsis uenter adeò ut inflentur, & assiduè ructus emittant. Sequitur fastidium uehemens: & quibusdā continuè fiunt exacerbationes: quibusdam uero per interualla. In uniuersum autem uentris egestio, & urinę multa excretio dolores ipsos pręcedunt. Aegrum in mollissimo lecto decumbere oportet, ac primo die cibo abstinere, non tamen in multos dies inediam extendere. Vrinę enim acriores per inediam redditę, uehementissimos morsus infligunt. Itaq; in principio sorbitionib. tenuibus morsus lenientibus nutrire oportet, ut est ptisanę succus, aut hordei alica. Malua etiā inter holera summè confert. Potus sit decoctum cinamomi. Et in summa uictus ratio sit talis, qualis in aliis inflammationib. Inter initia, quod ad curādi rationē attinet, sanguis statim detrahendus est. Secanda aūt erit quę in poplite est, secundum rectitudinem renis patientis. Post uenę sectionez ad ea quę extrinsecus admouentur procedendum, cataplasmata nimirū, fomenta, linimenta, emplastra, & similia quæ mediocrem refrigerandi ac leniendi uiz obtinent, ex oleis rosaceo, cotoneorū, chamęmelino, farinis hordeacea, fabacea, fœnigręci, & similib. quę in Capiti. de Inflammationib. iecoris & lienis dicta sunt, composita. Cauendum hoc tempore, ne ea medicamenta quę urinā cient bibenda dentur, Galeno sic monente lib. 13. Ther. meth. oblędunt enim, mordaces humores inflammatis partibus inducendo. Clysteribus autem mollibus, potissimuz si uenter nihil deiecerit, utendum: ex maluæ decocto, aut seminis lini & fœnigręci, aut succo ptisanę confectis, cum oleo uiolaceo, aut chamęmelino. Cęteruz copia nō multa infundatur, ne repleta intestina cōprimant renes. Quod si dolor per ea quę extrinsecus imponuntur non

Victus.

Curatio

Vrinam prouocātia non exhibenda.

Clysteres

non leuabitur, cucurbita lumbis ac iliis est adhibenda, & fissuris impactis plurimus sanguis est attrahendus. deinde iterum spongiarũ fotu utendũ, & aliis q̃ dolorem leuare possunt. Vbi perfectè iam sedata ac cõsumpta fuerit inflammatio, id quod cognoscitur doloris omnimoda remissione, tunc etiam ꝑ urinã prouocantia purgandum erit. à concoctis enim inflammationibus urinę prodeunt multæ & crassæ, & in iis bonum est quod subsidet, atq; adeo morbum prorsus iudicant. Porrò si per prędicta medicamenta affectus nõ propellatur, & neq; dolor, neq; febris, neq; grauitas horum usu conquieuerint, urinæq; difficultas ac frequens stillicidium ęgrum molestauerit, pus hac in parte colligi indiciũ est. Tunc itaq; quàm celerrimè suppurationẽ, ac puris eruptionem adiuuare oportet. Qua in re spongiæ aqua & oleo assidue imbutę proderunt, fotus gratia admotę. Eũdem etiam usu; cataplasmata prębent, quę ex farina hordeacea, furfuribus, ficubus, althea, & similib. supra in Cap. de Iecoris inflammatione dicta sunt, cõstant. In solium quoq; ex emollientibus herbis, malua, althea, chamęmelo: lini semine: fœnogręco, paratum descendere summè confert. Quod si uero ꝑfecta iam suppuratione (id quod cognoscitur: si febres & dolores minores fuerint: grauitatis autẽ sensus circa renem affectum remanserit) ruptura moretur: in potu exhibenda quę urinaʒ ducunt: ut est fœniculi: pulegii: origani, & similium decoctũ. Hęc enĩ rumpunt interdum suppurationem, & pus per urinã expurgant. Quod si autem usus illorum nihil contulerit, acrioribus clysteribus aluus subluenda erit; uelut est alliorum: raphani syluestris, ac radicis cucumeris syluestris decoctum. Oportet uero admiscere oleuʒ: quo infusa lubrica reddantur. Hęc itaq; per clysterem infundenda, iubendiq; ægri quo plurimo tempore apud se detineant. consueuerunt enim

Suppurationis ſigna.

Rupturæ factæ indicia. enim sępe ipsam suppurationem rumpere: una cum hoc quod uentrē emollire solent. Ruptura uero facta: carunculę paruę: oblongę, cum urina excernuntur. Et siqdem ulcera fuerint maligna: humores fœtidi: liuidi: & mucosi: si uero benigna, pus ipsum album: & ęquale, & leue: absq; odore graui: excernitur. Quę uero deinceps sint adhibenda medicaméta, in Capite de Renum ulceribus dicemus.

De calculo renum. Cap. XXXI.

Causæ. Renum calculis prouectę ętatis homines frequētius quàm pueri apprehenduntur. Causę autem generationis horum calculorū existunt, assiduę cruditates, unde humoris crassi & terrei multitudo congregatur, & ardor igneauè circa renes caliditas, qui humores adassans: eos cogit: & in lapides indurat: ad modum toforu3 qui in aquis reperiunt, quę in ęreis pręsertim balneorū uasis coquuntur.

Signa. Accedit ęgris grauis in renibus dolor, aculei infixi sensum prębens: tumore tamen nusquā foris apparente. spina ęgre flecti potest: crus quod è directo est renis affecti, stupet: adest fastidium, & uomitus. Vrina circa obdurationis principiū pauca, aquosa, mingitur. Postea uero perfecta eius suppressio cōtingit. aluusq; nihil excernit: ueru3: cupiditates multas ad egerendum facit. Excernitur autem aliquando sanguis: propter uiolentiam calculorum. Vrina etiam arenosam subsidentiam habet, potissimum ubi lapis ex renibus fuerit emotus. Quas singulas ferè notas Hippocrates etiam iis uerbis cōplexus est: In renem

6. Epid. Par. 1. Apt. 5. dolor grauis quando cibo replentur inuadit, pituitamq; uomunt. Quum uero dolores intentiores fue„ rint, eruginosa, atq3 tum leuiores quidem fiunt. Do„ lore aūt leuantur, quando cibo uacui fuerint. Are„ nę rufę subsident, cruentaq; mingunt. Stupor cruris „ quod è directo est. Hęc ille. Porro leues, & rotundi facile

cile excernuntur: non item, qui alia quacunq; forma prediti sunt: maxime tamen oblongi & asperi difficulter excernuntur. Ceterum quum lapis in renibus obturatus uehementissimos dolores intulerit, ne scilicet sanguinis multitudo adtensione & dolore affectam particulam procumbat: in corpore plenitudine laborante: & robusto: cōfestim poplitis uena, iuxta Hippocratis loco iam citato consiliū: incidenda erit, eius nimirum cruris quod stupet, & e directo renis patientis est. Qui uero uitioso humore seu cacochymia laborant, iis purgatio redundantis humoris conuenit. neq; omittēda hec est, nisi aliud qppiam id fieri prohibeat. Id quod etiam Hippocrates iussit: dum iuuenes elleboro esse purgaudos ait. Verū si uene sectionem, aut purgationem adhibere minime licebit, aluum per clysteris infusionem eluere oportet. Quod tum potissimum faciendum erit, ubi multa in intestinis excrementorum copia fuerit. Cauendum tn̄ unice erit, ne sint ualidiores, atq; adeo ne aliunde humorū copiam ad intestina trahant, ne meatus urinarii angantur & comprimantur: sed sint tales, que duntaxat excrementa in intestinis detenta uacuare possint. Vt est huiusmodi, qui ℞. Malue, althee: mercurialis: trichomanis (polytricū nominãt) helxines: hoc est parietarie añ. M. i. sisymbrii, cardamines, id est nasturtii aquatici. M. i. s. seminum oreoselini, apii, fœniculi, lini añ. ʒ. iii. radicis acori ueri. ℥. i. s. furfuris. ℥. i. Buliant in aqua iuste quantitatis, & colentur. Colature. ℥. xi. casie fistularis. ℥. i. hiere picre. ℥. s. mellis rosacei colati. ℥. i. s. oleoꝝ anethini: rutacei, chamemelini añ. ℥. i. salis. ʒ. 2. misce, fiat enæma. Naq; clysteri. assidue: aliis fere omnib. neglectis remediis (ut facere pleriq; hodie solent) utendū, sed bis aut ter, sic tamen ne ultra ꝯsuetū tp̄s retineant. Retenti enim cōpressionē atq; angustiam renum, & meatum urinarioꝝ efficiunt, ut copiose Lib. 2. Paradox.

Curatio.

Venæ sectio.

Purgatio

Clyster.

Laxantia dox. Cap. 15. diximus. Excrementis alui expurgatis, quæ laxare meatus possunt medicamenta adhibenda erunt. In quem usum hoc unguento renes & lumbi inungendi, quod ℞. Oleorum anethini, amygdalarum dulcium an. ℥. 2. olei chamęmelini. ℥. i. s. adipis gallinacei, anserini an. ʒ. 2. butyri salis experti. ℥. i. ceræ quod satis est, fiat unguentum molle. Insessionibus item utendum ex decocto calaminthes, origani, parietarię, sisymbrii, cardamines, brassicę, foliorum althęę, malue, & similium. Aut ęger in solium tepidũ frequenter demittendus. Fomenta etiam locis admota commodant ex furfuribus, cum foliis altheæ decoctis. Item cataplasmata ex farina tritici, seminibus lini & fœnigręci, lupinorum, peucedani radice quàm tenuissimè trita, & chamęmelo. Oportet autem coaceruatim alia super alia cataplasmata adferre, priusquàm primũ frigescat. Aut si non libeat, calefactorio alio extra cõtegere ne refrigerentur. Id quod commode fieri potest per saccellos, aut alia uaporaria cataplasmati imposita. Hęc interdum ad lapidis per urinę eiectionem sufficiunt. Quod si uero non contulerint, ea etiam quę urinam cient bibenda dabis.

Vnguentum.

Vrinam mouentia

Vrinam autem multam hęc ducunt, acorum, hypericum, oreoselinum, semen lithospermi, hoc est, milii solis, ammii, dauci, & fœniculi, asarũ, radix bryonię, rubię tinctorum, cortex capparis, asparagus, & similia. Deducunt autem ad renes ea quę calculos confringunt, peucedani radix, apium & radicula. Lapides autem in ipsis renibus confringunt & atterunt, sion, adianthum, bdellium, uiticis seu agni semen, rusci radix, saxifraga, betonica, ciceris iusculum, lithospermon, tecolithos (qui lapis Iudaicus dicitur) xanthium, althęę semen & radix, & eiusmodi. Horum singula partim decocta, partim tenuissimè trita, præbeto bibenda. Porrò ea quæ urinam cient, ac lapidem frangunt, tunc exhibere conuenit, quum uehementes

Deducentia ad renes.

tes

tes dolores remittunt: id quod accidit, lapide iã trãſ moto, & ex ſede ſua agitato. Quod ſi obfirmati ac uehementer impacti ſint lapides, plurimus potus ui tandus, itemq; ea quę urinam ducunt. cum enim ſecum excrementorum copiã ad renes deducant, meatus etiam urinarios plus obſtruunt, atque calculi ex renibus tranſitum impediunt. Fomentis autem ac cataplaſmatis, & inſeſſionibus membra (ut diximus) relaxanda, & uenter per leuia infuſa ac inſeſſus euacuãdus, ne urinarii meatus comprimantur. Poſthæc autem doloribus aliquantulum lenitis, etiam cucurbitulę utiliter ipſis adhibentur, & præſertim preſſius affixę, inflammatione uidelicet id non impediente. Adeò enim coaceruatim tranſmouent ſępe cucurbitę ipſos lapides, ut repente dolores ſupprimant, lapide nimirum in ueſicę amplitudinem trãſuecto. Quapropter in principio ſupernè à rene cucurbitę ſunt affigendę, & ad inguina attrahendæ obliquè, ſecundum meatuum urinariorum ſitum. Cæterum delati ex renibus in ueſicam lapides, & præ magnitudine circa collum ueſicę detẽti, ſępe in extremum periculum ęgrum deducunt, tum propter dolorum acumẽ, tum quod urinam excernere non permittunt. Decubitus igitur formam in talibus moliri oportet, ita ut ſupini ſituentur, & longè altiores coxarum uertebras habeant. Deinde multiformiter eos commouere, quo omnibus machinamentis adhibitis lapidem ex ipſo ueſicę meatu excidere faciamus. Quod ſi hac ratione nihil profecerimus, catheter inſtrumentum proliciendæ urinæ aptum immittendum, eoq; lapis à collo ueſicæ amouendus, & urina educenda. Si uero ex ueſica quidem excidat calculus, iuxta medium autem meatum ipſius pudendi obfirmetur, & uulnerando exulcerationis periculum inducat, aqua calida paulatim ab alto pudendorum partibus donec robore ſuffundantur, inſtillanda.

cucurbit.

aut pudendum in oleum calidum, quod relaxandi uim obtinet, demittendum. Decoctum etiam quoddam ex iis quę urinam ducunt, plurimum exhibendum est, iubendusq; ęger ut multam urinam congreget, eamq; postea emingat, ac diligentius expellat: ita enim detractus lapis celeriter excidere consueuit. Quum uero neq; hoc modo eum extrahere possemus, secandum erit pudendum, uulnusculo supernè iuxta glandis magnitudinem incusso. Inferne enim secare non expedit: quandoquidem fere semper in fistulam proficit, ac postea per ipsam fissuram urina excernitur. Lapide amoto pręseruare hominem oportet, ne rursus renes lapide infestentur. Tuetur autem a calculis ne fiant, cibus boni succi, concoctu facilis, & moderatus, dein exercitia mediocria, rarusq; leguminum omnis generis, frumentaceorumq; usus, item casei, lactis, & quę ex ipso prępanantur obsonio rum: uini nigri, copię carnium, & omnium summatim crassi succi, ac nimis calidorum & acrium. Aegros etiam admonere oportet, ut à cœna sæpe uomant, & absinthium assidue bibant, & per tempus certum uenam secent. siquidem sanguis abundare uideatur, aut conuenienti temperaturę ipsorum purganti medicamento utantur, si uitiosi humores coacerué tur. Oportet etiam ipsam aquam per omnem uictum purissimã esse, & percolatam. Vinum item tenue, album, urinãq; ciens, neq; ualde uetus. Vtantur quoq; per interualla medicamẽtis urinã mouentibus, hoc potissimum, quod multę est efficacię. ℞. Radicum fœniculi, asparagi, œnanthes: id est filipendulæ añ. ℥. 1. radicis rubię tinctorum. ℥. 1. radicis aristolochię rotundę uocatę, altheę añ. ℥. 1. liquiritię rasę. ℥. 2. lapidum ex spongiis marinis: techoliti seu Iudaici añ. ℥. 1. seminum ammii, dauci, oreoselini, saxifragę albæ, fœniculi: anisi: lithospermi añ. ℥. s. seminum melonũ citrulli, excorticatorũ añ. ℥. 1. s. seminis halicacabi, hoc

Prę seruatio a lapide.

Puluis ad calculosos renes.

hoc est alchechengi.ʒ.s.helxines seu parietariȩ, malueq; añ.ʒ.i.polii montani,adianthi,pulegii,asari añ.ʒ.s.sanguinis hircini arefacti & prȩparati.ʒ.i. bdellii, ammoniaci añ.ʒ.s.lapidum seu oculoruȝ cancri,cinnamomi selecti,iunci odorati(squinantũ nominãt) añ.ʒ.ij.Singula redacta in puluerem minutissimum, misceantur.Detur de hoc drachma una q̃rto quoq; die,aut singulis hebdomadis matutino tempore in uino tenui.Alia remedia pete ex cap.d̃ Vesicȩ calcu.

De renum ulceribus. Cap.XXXII.

VLcera renum accidunt propter uenarum quæ in iis sunt rupturam.Item suppurationem inflammationis, & acres ac mordaces humores huc delatos. Deprehenduntur renes exulcerati dolore in lumbis cum grauitate & sine impedimento urina redditur,id quod in uesicȩ ulceribus non fit. Vrinȩ pus mixtum reperitur,carnosis particulis,aut pilis innatãtibus:iuxta Hippocraticã sententiã,quæ sic habet: Si sanguinem,aut pus mingant,aut renum aut uesicȩ exulcerationem significat.Et statim post hȩc: Quibus in urina crassa existente carunculȩ parueq;,aut ueluti capilli una exeunt,his a renibus excernuntur. Vitet ȩger cruditates,& supra quam conuenit satietatem.Ne quid crudum in cibo accipiat: & neq; quod ȩgre concoquitur: aut facile corrumpitur:aut inflationes parit.Maxime tamen uitet quȩ facile acescũt. Item omnia acria & feruentia,& q̃cunq; bilem gignere possunt,ut est longa sitis,inedia: & immodica condimenta.Vitanda etiam omnis delassatio & immodica equitatio: maxime uero quæ fit in equo,uigiliasq; & omnem uehementem concitationem: & e conuerso perpetuum ocium, & balneorum assiduitatem.Vtatur pane recenti decenter apparato.Carnibus uolucrium montanarum: hœdis: & similibus carnem teneram habentibus.Piscibus saxatilibus:squamosis,in craticula assis.Cãcer fluuialis

Causæ. Signa. 4.Ppb.79 Victus.

mirificè, sorbito ex ptisana amylum cum lacte coctũ confert. Dandum & lac ouis permixtum, & iusculum gallinę pingue. Oua etiam sorbilia per se conueniũt, Ex olerib. autem malua, intyba, rumex, portulaca, lactuca: omnia tamen cocta, neq; quicquam crudum (ut diximus) uoret ęger. Ex fructibus uua passa non incommoda est, & nuces pineę & amygdalę decorticatę tamen, & probè mundatę, Multus potus, & meracior uitandus. A frigidę etiam potu in totum abstinendum. Frigidum enim ut ait Hippocrates, ulceribus inimicum. Pro potu utatur uino diluto, ac parum adstringẽte, aut lac caprinum, aut ouillum, aut amygdalinum bibat. Coitus non solum ulceribus, uerum etiam omnib. aliis renum passionibus infensissimus est, & maximè senib. & natura imbecillioribus. Vrinam cientia uitet. Balnei sit rarus usus. Naturales uero aquas experiri non inutile fuerit, aluminosas uidelicet, sulphurulentas, & consimiles. Frigida lauare commodissimum est: suprà modum enim ulcerationes ęgre sanabiles, tũ externas, tum internas destruit. Conferent etiam naturales aquæ, post matutinã deambulationem potatę. Curandi ratio, si ob acres humores accidant renũ ulcera, ab humorum uitiosorum ac erodentium purgatione auspicetur. Qui autem sic afficiuntur, eos uomitu etiã uacuare oportet. Non solum uero ad uitiosos humores uacuandos confert uomitus, uerumetiam si quis omni mense audacter uomuerit, is renũ ulcus & quicquid inde mali accidere potest, dissoluet quod, humorum motum planè in contrariũ auertat. Sũt etiam interea deuoranda quę morsus obtundũt, ut malua, intybum, rumex, portulaca, semina melonũ, cucumeris, cucurbitæ, syrupi uiolaceus, rosaceus, nympheę, & eorundem conserue hodie nominatę. Vacuatis humoribus, aqua mulsa bibenda, aut fœni græci decoctũ cũ melle, aut cucumeris, aut malue, aut melo-

5. Aph. 80.

Curatio

Vomitus.

melonum semen cum hydromelite. lac etiam cum melle præbendum, recens mulctũ & calidum. ad ulcera enim purganda conducit. Serum item caprinum, decoctum hordei & uuarum passarum, & glycyrrhizę, quæ mirificè confert, perinde atque eius succus. Quum uero munda fuerint ulcera (quod inde tibi palàm fiet, si neq; tectorium etiam ulceri obductũ cum urinis excretum appareat, neq; etiam pus excretum sit fœculentum, sed subalbum, & leue, & ęquale, & paucum) tunc ea quæ resiccant, adstringunt, & glutinantia medicamenta erunt adhibenda. In quem sanè usum datur bolus armenia, gummi arabicum, tragacantha, amylum, terra Lemnia, & similia. Præter cętera autem is puluis mirificè conducit, qui ℞. Terræ Lemnię, boli armenię añ. ʒ. i. s. tragacanthę, spodii, hoc est eboris usti añ. ʒ. i. amyli, nucum pinearum tostarum añ. ʒ. s. seminum lini, cucumeris repurgati, melonum, singulorũ. ʒ. ii. seminis apii. ℈. ii. sanguinis draconis. ʒ. i. Conterantur singula, & redigantur in puluerem tenuissimũ, de quo dentur quotidie ieiuno ęgrotanti. ʒ. ii. cum lacte recens mulcto. Extrinsecus etiam quę renes exiccare ac roborare possunt admoueãtur emplastra, cerata, & unguẽta ex oleis, rosaceo, myrthino, farina hordei, thure, mastiche, rosis rubeis, & similibus cõposita, quorũ copiã in pcedẽtibus quibusdam Capitibus habes. Plura ẽt ad institutum facientia dicemus in Cap. de Vesicæ ulceribus.

Glutinantia.
Puluis.

De Diabete. Cap. XXXIII.

Diabetes diuturna est passio circa renes consistens, multum potum inducens, unà cum hoc quod quicquid bibitur, simul ut & quale assumptum est per urinam redditur. Quidã uero hanc passionem aquam inter cutem ad matulã, Galeno Cap. ultimo Libri de Symptomatũ differentia teste, & urinę fluorem seu leuitatem, atq; ab inexplebili siti dipsacon

Diabetes quid.

sacon uocant. Origo ipsius ex retentricis renum facultatis imbecillitate contrahitur attractricis uero tanto robore, ut totum corpus ob immodicum calorem exhauriat. Renum itaque propria passio diabetes existit, qua uidelicet immodicè humorem appetunt, ipsumque propter debilitatem retentricis in eis facultatis continere non possunt, sed eum aceruatim in uesicam excernunt. Concomitatur ęgros pertinax sitis, neque ulla satietas ex alicuius liquoris exhibitione contingit: adeoque assidue potum assumere coguntur, propterea quod citissime per urinā expellatur potatum. Viscera ipsis uri uidentur, uniuersum habitum gracilem habent, & tabes totius corporis accedit. Scopus curationis in eo consistit, ut humorū acredinem deleamus, sanguinemque ac cum eo permixtum serosum humorem ad motum tardiorem reddamus, & renum intemperiem corrigamus. Mox itaque ubi cœperit malum, nōdum ad perfectionem progressum, optimum est cubiti uenam secare, & moderatè sanguinem aufere. Vtendum etiam mediocriter urinam cientibus, quæ uitiatum in renes imbibitum humorem repurgare possunt. Quod si uero inueteratum sit malum, neque uenę sectio assumatur, neque quicquam quod urinam cit exhibeatur. Hæc enim corporis tabem & colliquationem, quæ sponte sua in hoc malo fit, accelerant. Concidunt enim in inueteratis uires, & ex uenę sectione totum corpus acrius redditur, & urinam cientia in ipsis multiplicant malum. Maximum autem remedium huic passioni, ut statim potatum reuomatur. Sit autem perquàm frigidus ipse potus reliquaque; uictus ratione conuenit uti frigidiore. Cibi itaque exhibeantur boni succi, quique difficulter commutari possunt, & mordacitate careant, & qui mordacitatē obtundere ualeāt ut sunt oua sorbilia, halica ad sorbitionis formam, apparata,

Causa.

Signa.

Curatio

Victus.

apparata, carnes porcinę macrę coctæ. Neq; uero in commodè exhibetur eis caseus recens compactus, salis expers, & lac per silices aut ferrum ignitum scissum, seroso humore adempto. Pro sorbitione etiam ptisanę succus frigidus probatur. Ex oleribus autem intybum, lactuca, portulaca. Ex fructibus, pira, poma mala punica. Inter pisces, saxatiles conueniunt. Bibat uinum rufum, crassum, aqua amplius dilutũ, ad salsuginosorum humorum prolutionem, qui sitim inducunt. Vinum enim corporis temperaturam ad dulcorem permutat. Conuenit etiam in potu exhibere succum malorum granatorum, rob de ribes, aut oxyacantha, & similia. Quod ad medicamenta ipsa attinet, polygoni seu sanguinarię succus rectè ipsis ex uino nigro propinatur. Symphytum item, palmularumq; & baccarum myrti, pirorumq; decoctũ. Sirupi, rosaceus, myrthinus, & similes. Pastilli quoq; de spodio hodie nominati, ex succo polygoni, aut uino nigro præbendi. Extrinsecus hypochõdriis lumbis, & pectini illitiones, cataplasmata, & cerata refrigerantia adhibenda, qualia sunt quę ex aceto rosaceo, polenta, lactuca, lenticula palustri, paritaria, foliis uitis, portulaca, & similibus apparãtur. In hũc usum proderit inunctio ex oleis rosaceo & myrthino, aut illitio ex succo solani, aut pampinorum uitis facta. Farina etiam hordei, aceto & rosaceo subacta, cataplasmatis modo hypocondriis imponẽda. Aut utẽdum hoc emplastro, quod ℞. Farinę hordeaceæ. ℥. s. pampinorum uitis, extremitatum salicũ, bursæ pastoriæ añ. p. i. corticum granatorũ. ʒ. ii. s. portulacę. M. i. seminum cotoneorum. ʒ. i. rosarum rub. M. i. s. Buliant singula in aqua, donec ad mellis crassitudinem perueniant: deinde addantur olei rosacei. ℥. ii. olei myrthini. ℥. i. & denuo buliant, & fiat emplastrum. Ex prędictis potest fieri ceratũ, adiectis hypiocisthide, acatia, bolo armenia, resina & cera. Cęte- Emplastrum.

Sudores ut excitandi.

rum sudores quoque excitandi erunt, ut nimirum uitiosi humores ad exudationem uertantur. Optima uero est in dolio facta ex herbis aut aliis rebus calidis euaporatio ad sudandum, eo modo ut caput extra dolium promineat. Vel uas aqua calida plenum pedibus ęgrotantis in lectulo decumbētis admoueatur, ꝛ sudor eliciatur.

De uesicę calculo. Cap. XXXIIII.

Pueri lapide de uesicæ magis laborant.

GEnerātur in uesica lapides pueris frequentius quàm ętate prouectis. Voraces enim sunt pueri, ꝛ perpetui motus, ꝛ cibis utcunq; oblatis ꝛ nociuis utuntur, ꝛ neque horam cibum capiendi seruant ordinatam: quinetiam priusquam prior assumptus cibus concoquatur, alium ingerunt: ꝛ quum uehementius à cibo moueantur, crudus ꝛ incoctus in uenas cibus distribuitur. Mollia autem sunt ipsorum corpora, ꝛ quę facile cedant eiusq; rei gratia obturationem circa renes non perferunt. Quum autē crassissima lotia in uesicę amplitudinem perferātur, ibidem uelut fex ꝛ limus aquæ subsistunt, ac postea ex loci caliditate desiccata lapidescunt. Cæterum aquę impurę, ꝛ multo limo refertę, itemq; duriores ꝛ uehementer frigidę, lapidum generationem adiuuant.

Causę.

Signa.

Pruriunt laborantes crebro, ꝛ contrectant pudenda, intenduntq;, ꝛ continuò ad mingēdum urgētur, ac stillicidio urinę uexantur.

Curatio.

Curatio huius mali eadem ferè est, quę renū, cum calculo afficiuntur. In hoc tamen diuersa, quòd ualidiora medicamenta exigant uesicę calculi: ꝛ quòd uesicę adhibenda sunt, quę tum renibus admouebātur. Lapides autem in uesica oborti, iis potissimum medicamentis atteruntur: semine fœniculi, smyrnii, granis pęonię nigris, radice fœniculi, artemisia, chamemelo, altheæ radice ꝛ semine, sio quod circa aquas nascitur, adiantho, rumicis radice, lapidib. spō

Medicamēta lapides atterētia.

giatum

giarum, techolito, lithospermo, lapide qui ab ęgris per lotium eiectus est trito & potato, semine xanthii, cortice capparis, abrotani semine, hyacinthi, & similibus, quæ in Cap. de Calculo renum sunt commemorata. His accedit laudatissimum remedium, passer troglodytes, qui minimus passerculus ē, iuxta sepes & muros uictum quęritans, ut Paulus & Aëtius tradunt, caudam semper subrectam & albo colore retro interpunctam habens, & iuxta summum alę lineamētum cinerei coloris. Hic, inquam, totus sale conditus, & crudus in cibo acceptus, morbum perfectè sanat. Calculos enim iam creatos per urinam expellit, in posterumq; generari prohibet. Sanguis denique hircinus ad calculos cum renum, tum uesicę pręsens remedium est. Nam pręexistentes soluit, atque ita per lotium excernit, ut etiam alii amplius non gignantur, præterea & dolorem sedat. Quomodo autem is sanguis colligendus sit, docet Aëtius Libro undecimo Capite duodecimo. Porrò si uesicæ lapides per lotium excerni non queāt, sed in meatu sint obturati, & urinę suppressionem inducant: ęgrum supinum decumbere oportet, ita ut coxarum partes magis sursum uergant, indeq; huc atq; illuc multiformiter commouere, quo ex meatu excidet lapis: pòst uero ita adhuc supinum & positu sursum uergētem mingere iubere. Si uero neque sic excernere possit, per catheterē instrumentum urinam prolectare. Deinde ea quæ lapidem in uesica atterere ualēt medicamenta adhibenda. Quod si neq; per hęc curatio procedat, ad sectionem transeundum erit. Post exactum lapidem uictus ratio constituenda est, ne eos renasci contingat, quam in Capite de Calculo renum memorauimus.

De san-

De sanguinis ex uesicę eruptione, & grumis eiusdem. Cap XXXV.

Signa.

RVmpitur interdũ uena in uesica: & partim quidẽ sanguinẽ foras mittit, partim uero intus cõdensatur. Sanguine autem condensato, & grumis coactis, ęger animo linquit, & pallescit, pulsusq; paruos obscuros, & densos habet, mœrore angitur, refrigeratur, ac uiribus destituitur. Quum uero grumus aliquando in urinarium meatum inciderit, is etiam urinę excretionem supprimit. Porrò sanguinis eruptioni celerrimè auxilium ferre oportet. Quapropter si nihil prohibeat, uenam in cubito secare, partita sanguinis detractione conuenit, ut hac ratione sępe & paulatim sanguis detractus reuellatur. Aegri uero in decumbendo sursus uersus collocentur, & coxendicibus ipsorum leuandis & simul refrigerãdis spongię posca imbutę subdantur. Extremę etiam partes constringendæ, & pecten ex spongiis posca imbutis irrigandus. Vrgente malo summè prosunt cucurbitulę iliis ac lumbis affixę. Vtendum post irrigationes cataplasmatis ex polygono, rubo, plãtagine, balaustiis. Item cerata ex hypocisthide, acatia, bolo armenia, & similibus, in Capitib. de Sanguinis sputo & Dysenteria commemoratis. Vesicę etiam infundendus polygoni, plantaginis, aut millefolii succus, adiectis acatia, bolo armenia, pastillis de spodio, & similibus. Insessus etiam ex consimili materia constructi conueniunt. Danda quoq; in potu medicamenta eductioni sanguinis apta, ut sunt pæonię grana rubra duodecim tenuissimè trita, terra Lemnia, hippuris, centaurii magni (rha ponticum hodie uocant) radix, thuris cortex, & similia.

Curatio eruptionis sanguinis.

Grumos sanguinis dissoluentia.

Porrò q bus sanguis in uesica in grumos cogitur, primum tentandum est ut per medicamenta conuenientia diffundatur ac dissoluatur. In potu itaq; rębenda

prębenda est attemisa, elychrisum (sticada citrinam nominant) absinthium, abrotanum, ramenta uitis, raphani semen, leporis coagulum aut hœdi, unumquodq; cum oxymelite. Oxymeli etiam per se exhibitũ, mirificè prodest. grumos enim dissoluit, ut paulatim subinde per urinã prodeant. Extrinsecus etiã balnea, unguenta, irrigationes, & alia quæ relaxandi uim obtinent adhibenda, quæ sanè singula, ex Capite de Renum calculo petenda sunt. Pręter alia uero hoc ceratum confert, quod ℞. Oleorum liliorum alborum, chamęmelini añ. ℥.i.s. calaminthæ, cumini, foliorum sambuci añ. ʒ.iii. bituminis Iudaici, ammoniaci. añ. ʒ.ii. coaguli leporis. ʒ.iii. abrotani, farinę seminis fœnigræci añ. ℥.s. ambari subalbidi (sperma cœti uocãt). ℥.i. cum resina & cera quod satis est, fiat, ceratũ quod pectini imponatur. Quod si modo nihil proficias, sed urina supprimatur, necessitatẽ inducet catheteris adhibendi. Per quem ubi urinas eduxerimus, rursus prędicta in potu exhibẽda, ac extrinsecus admouenda quæ ad grumorum dissolutionẽ conducunt. Si uero neque sic grumi dissoluãtur, ad sectionem haud secus quàm in uesica calculo laborante ueniendum. *Ceratum.*

De inflammatione uesicę. Cap. XXXVI.

MOrborum qui circa uesicam oboriuntur grauissimus & maximè mortalis inflammatio existit. Consequuntur ęgros hęc signa. Febri acuta infestãtur, & uigilant, & delirantes aliena loquuntur, & uomunt biliosa pura, & urinam reddere non possunt. Durus fit pecten & pubes cum uehementi dolore, & egerendi apetentia, ueluti in tenesmo fieri solet. Quod uero egeritur, tenue est, & subsidentiam non habet. Aliquando & inflationes sequuntur, & aluus adstricta est, intestino recto ab inflammatione uesicæ compresso. His itaque si nihil aliud *Signa.* *Curatio*

aliud prohibeat, sanguis citra cunctationeȝ ex popli
Victus. tis uena detrahendus. Victus quoq; ratio, quę in
aliis inflammationibus ac febribus conuenit, adhi-
bendus. Extrinsecus iis utendum, quibus leniēdi po-
Quę extrinsecus adhibēda. testas inest. Oleo itaq; uesicæ regio, in quo anethuȝ,
semen lini, aliquando etiam ruta & althea incocta
sint, irriganda. Neq; enim frigida & reprimentia me-
dicamenta sunt adhibenda. Primum quidem, quòd
uesica neruosa admodum sit. Frigidum enim, ut Hip
5 APh. 18 pocrat. ait, inimicum neruis. Dein, quod frigida oc-
cludant ac stringant, atq; adeo urinę suppressioneȝ,
quę huic malo sua sponte sequitur, augeant. Et qđ
ne humores inflammationem efficientes discutiãtur
aut maturentur, prohibeant. Calida igitur medio-
criter admouenda potius, quæ quidem dolorem le-
uant, urinę fistulã & meatũ laxant, atq; inflammatio
Clysteres nem ipsam discutiunt. Clysterib. etiam lenibus al-
uus subluatur, & post stercorum eductioné, oleũ ane
thinum in intestinuȝ leniendi doloris gratia iniicia
tur. Pręstat aũt & papaueris calicem simul cũ oleo in
coquere, & adipem anserinum aut gallinaceum recē
Glans. tem in ipso oleo eliquatum simul infundere. In ue-
hementioribus doloribus cum oleo anethino. 3. 1. pī
lularum de cynoglossa infundere oportet: aut opiũ
cum myrrha & croco lanę illitum in podicem inde-
re. In decoctum item seminis lini, fœnigręci, radicis
altheę, seminis dauci, & similiuȝ, insideat ęger: admo
neaturq́;, quo in aqua decocti desidens mingat. Vesi
ca enim non satis robusta est ad amplectandam & ex
pellendam urinam. igitur ipsum ęgrum aut aliquem
ex adstantibus scitè ac placidè pectinē premere opor
tet: neqȝ id ultra modum, ne dolor inde intendatur.

Cæterum post clysteres, & insessus, fomentis etiam
per aquam calidam & oleum in uesicis semiplenis ad
motis utendum: aut sacculis, quemadmodũ in Capi
te de Pleuritide ostensum est. Quod si neqȝ sic ma-
lum

lum cesset, cucurbita una cum scarificatione locis affigenda. Porrò abstinendum ab iis erit, quę urinam uehementer citant, ac potio multa uitāda. Vbi euidēs declinatio apparuerit, ad ea quib. discutiēdi & emolliendi uis inest, de quib. suprà sępe dictū est, transeūdū. Catheteris immissione ad inflammatā uesicā nō temere utendum, nisi uriuę suppressę periculū admodum urgeat. tum enim necessario ad eius usum confugiendum: non sanè quod mali molestiam tollat, sed ut urgentem urinę suppressionem corrigat, & a pcipiti periculo liberet. Post urinę prolectationē, rursus ad eadem auxilia quę mitigant dolorem ueniendum, usq; quo inflammatio soluatur aut suppuretur. Solet aūt sępe repente inflāmatio solui, erysipelate iuxta cutis superficiem oborto, & permanente, neq; rursus intrò recurrente. Imò & urina multa eiecta, sępe iudicatum est malum. Quod si hęc appeant, nihilominus tamē iisdem remediis insistere op;.

De stillicidio urinę. Cap. XXXVII.

Στραγγουρία gręcè, stillicidium urinę latinè dicitur: & est, quum paulatim & guttatim urina destillat, ac assiduam ad mingendum irritationē facit. Hęc fit, aut ob acrimoniā, uel (ut hodie loquūtur) ardorem urinę, aut ob exulcerationem uesicæ. Acrimoniā esse causam iudicabis, si urinę biliosiores sint, totusq; corpis habitus, uel ēt reliqua signa bilem testantur, & mordacitas circa uesicam ptingat. Vesicę aūt exulcerationem ex iis quę suo dicentur loco deprehendes. Si itaq; ob acrimoniā urinę stillicidium accidat, tum sanè exuperantem uitio suo humorem quàm celerrime purgare op;. In quem usum pręter ea quę iam sępe dicta sunt, mirificè confert serum lactis caprini cū casia fistulari. Cibis ēt contemperantibus, & acrimoniam obtundentib. utendū: ut est ptisanę cremor, malua, portulaca, uiola, & huiusmodi.

Στραγγουρία.
Causa.
Signa.
Curatio

modi. Ab omnibus etiam acribus & salsis abstinendum: uino: exercitiis, ira, & tarda comestióe. hęc enim omnia bilem in corpore aceruant. Piscib. utendum saxatilib. & balneo aquæ dulcis, quod mirificè humores uitiosos comtẽperare potest. In potu plurima aqua calida dulcis exhibenda, aut hordei decoctum cum syrupis uiolaceo & rosaceo. Vinum non prębẽdum, nisi dulcius: & dilutum. Optimum est & ipsum lac calidum potatũ. In summa, quod ad uictus rõnẽ attinet, utendũ cibis humectantib. ac aluum emolliẽtibus iusculis. Cæterum ęger assidue ad mictionẽ cogendus. Si enim acrè recrementum diutius in uesica moretur, partes ipsas corrodit, & exulcerat. Quinẽt ad obtundendam humorum acrimoniam subsequẽs medicamentum porrigendum, qđ ℞. Conseruę uiolaceę. ℥. iii. maluę. ʒ. 2. seminum melonum: cucumeris: cucurbitę excorticatorũ añ. ʒ. 1. gummi arabici nominati. ℈. 2. cum syrupo de liquiritia, fiat ecligma. In hunc etiam usum prębendum decoctum dulcis radicis, aut iste puluis, qui ℞. Seminis melonis excorticati, citrulli, cucumeris añ. ʒ. iii. seminum cucurbitę, portulacę, lactucę, añ. ʒ. 2. rosarum rub. ʒ. 1. succi dulcis, radicis, glandium añ. ʒ. 1. s. Terantur singula: & fiat puluis subtilissimus. de quo. ʒ. 1. s. quotidie mane in syrupo de dulci radice, aut zulapio uiolaceo, aut rosaceo dentur. Supra modum etiam conducit terebinthina resina, lota in aqua stillaticia rosarum, aut in tybi, nucis ponticæ magnitudine, aliquando duarũ triumuè accepta. Hęc enim Galeno lib. 5. de Tuend. ual. teste, non solum aluum citra noxã soluere, atque adeò acres humores à meatib. urinariis auertere põt uerũetiam uiscera, renes potissimum abstergere. Et fuerunt, q solo huius usu curati sunt. Clysteres etiam non parũ prodesse constat ex decocto maluę, uiolarum, altheę, foliorum salicis, nympheę, & aliis suprà cõmemoratis apparati, adiecta casia fistulari, saccharo &

Ecligma.

Puluis.

Clysteres

ro ⁊ oleo uiolaceo. Quod si uero acrimonia adhuc augeatur ét per colem lac ipsum cum amylo in uesi eam iniiciendum. In eum ét usum decoctum papaueris albi iniicere oȝ. Extrinsecus pubes oleis uiolaceo nympheę: cum modico caphurę inungendus. Si aũt stillicidium urinę ob uesicę exulcerationem accidat curatio ex proprio Capite petenda erit,

De difficultate urinę. Cap. XXXVIII.

Disuria.

Δυσουρία Gręcis, difficultas urinę Latinis appellatur. Est malum, in quo urina ęgrè ⁊ difficulter excernitur. Fit ob uesicę imbecillitatem, atqȝ adeo frigidam eiusdem intemperiẽ, quę actionẽ illius lędit. Causa facile ex uictus ratione pręcedẽte, ⁊ ex ęgri sermonibus deprehenditur. Vrina item alba, ⁊ aliis quæ frigidam intemperieȝ ostendere iaȝ sępe diximus. Curatio per ea quę calefaciunt fieri solet. Pectinem itaqȝ oleis calidis, rutaceo nimiruȝ, anethino, liliaceo, scorpionum, ⁊ de castoreo fouere oportet. Admouenda etiam fomenta, ⁊ sacculi ex chamęmelo, abrotono: betonica: artemisia, ruta, calamintha, sabina ⁊ similib. herbis confecti. Aegrum etiam oportet in pręedictarum herbarum decoctum desidere, ac imum uentrem contegere ac calefacere. Interdum etiam proderit per sedem earundem herbarum decoctuȝ, adiectis oleis calidis infundere. Cibis pręterea utendum calefacientibus, ⁊ urinam ducentibus: uelut est pastinaca probè cocta, fœniculum, apium, asparagus, hipposelinum, ⁊ quicunquẽ eius generis existunt. Vrinam etiam commodè ciẽt cancri, ⁊ herinacei terreni. Carnem enim illorum exiccare oportet: ⁊ drachmæ pondus in potu accipere. Aromatum denique decocta in potu exhibẽda, aut eorundem confectiones dandæ. Præter alias uero summe conferunt, confectio diacalaminthę, dialaccæ, ⁊ diacurcumæ. Theriaca etiam in potu

Causæ.

Curatio.

potu

potu data, mirificè confert. Multa alia in hunc usu3 facientia ex superioribus Capitib. petenda erunt.

De suppressione urinę. Cap. XXXIX.

Ischuria. Ἰσχουρία, hoc est urinę suppressio, malu3 est in quo ęgris in totum urina supprimitur ꝛ cohibetur.

Causa. Hęc aliquando accidit ob imbecillitatem, uesica ea quę in ipsa continentur arctè complecti ac exprimere non potente. Interdum autẽ eius ceruicis meatu à crassis humoribus, aut lapide obturato. Qñq; uero propter inflammationem, aut scirrhu3, aut aliũ quempiam tumorem meatum angustum reddentem, ꝛ perfecte obturantẽ. Interdum etiam ob carunculam, aut callum in meatu natum. Sanguis etiam in grumos cõcretus in uesica, suppressę urinę causa existit. Pus item crassum per ipsam uesicam à renib. aut iocinore, aut alia quapiam superiore parte excretu3, urinę suppressionem efficit. Accidit ꝛ sanis sępe urinam ipsorum cohiberi, aut ob negotioru3 importunitate3, aut in concionibus, aut foro iudiciario, aut somnis, si diutius continuerint mictione3. Afficitur enim in iis cõprehensiua ꝛ urinam obuoluens uesicę uis, ex immodica uidelicet repletione ꝛ tensione. Imò quantum amplitudo ipsius uesicę expleta circũ-

Signa. tenditur, tanto angustior seipso fit meatus. Si propter imbecillitatem fit, ex iis quę frigidam intẽperie3 monstrant deprehẽditur. Si à crassis humorib. ex uictus ratione, quę precessit. in ocio enim educatus, multis cibis crassos uiscososq; humores generare potentibus usus est. Si à lapide, eius notę, quę suprà dictę sunt, pręcesserunt. Si ab inflammatiõe, aut alio tumore: dolore: febre: ac uisu facile dignoscitur. Qđ si ob carunculam aliqua3 aut callum suppressio urinę orta fuerit, ex pręcedentib. ulceris notis, ꝛ ex eo quod traiecto cathetere urina uacuatur, intelligere possumus. Immissus etiam catheter in ea parte ubi

antea

antea ulcus esse coniiciebatur, dolorem mouet: fracta sub cathetere carne, sequuntur cum urinę excretioné ꝛ cruor ꝛ carnis fragmenta. Si g umi obturationem fecerint, sanguinis pręcedit excretio, ꝛ effluxus. Ubi uero pus obstruxit, ex pręcedentium notitia sciri licebit. Nam uel uesica uel renes antea malo aliquo laborauerunt, aut in parte aliqua renibus superiore pręcessit abscessus: quo rupto: pus in renes, ꝛ subinde in uesicam transsumptuȝ est. Reliqua causa de sermonibus ęgrotantis cognoscetur. Curandi ratio iuxta causarum diuersitatem alia atqȝ alia erit. Si enim propter imbecillitatem, ꝛ ęgrum nesicæ sensum urinę suppressio contigit, irritando submouere, ac excitare eius actionem oportet, ꝛ per insessus: fomenta: ꝛ alia quę in Cap. de Difficultate urinę dicta sunt, auxiliari. Vitanda tamen sunt ea quę urinam ducunt: ne scilicet multitudine eius uesica distédatur. Aeger pręterea sic figurãdus: ut decliuis sit ceruicis uesicę positus: ac subinde manibus supra pubem admotis, urina sensim, comprimédo tumoré, expellenda. Nitro etiam: aut pediculo uiuo, aut alio quod excretoriam actioné uesicę irritare potest admoto, citius urina procedet. Si uero a crassis humoribus urinę retentio oriatur, fomẽtis, insessionib. ac cataplasmatis ex herbis calidis compositis inchoanda. Hęc enim crassos humores dissoluere, ac incidere possunt. Pręter ea quę in cap. de Difficultate urinę commemorata sunt, ualet hoc unguentũ, qđ ℞. Oleorum scorpionis, nardini: liliacei aã. ℥. iii. sagapeni, bdellii: opopanacis aã. ℥. i. pinguedinis anseris, anatis aã. ℥. s. radicis helenii, pulegii, calaminthæ aã. ℥. 2. gummi dissoluantur in uino, ꝛ cũ cera quod satis est, fiat uuguentum. Vesicę etiam iniiciendum oleum scorpionũ: aut liliaceuȝ, aut aliud qđ crassos humores dissoluere potest. Quod si uero propter inflãmationeȝ, aut alium tumoreȝ urina supprimatur,

Curatio

Si ꝗ pter imbecillitatem.

Si ob crassos humores.

Si ob inflãmationem, aut aliũ tumorem.

cura-

curatio ex propriis Capi. petenda. Itidem faciendū, si a lapide aut grumis urina suppressa fuerit. Lapis si quidem ex loco excutiendus & dimouendus quéadmodum Cap. 34. est prędictū. Sanguinis uero grumi dissoluendi eo modo, sicut Cap. 35. dictum est. Qđ si ob carunculam aut callum suppressa fuerit urina balnea & alia remedia relaxantia, ac urinariam fistulam dilatantia sunt adhibenda, de quib. in Capi. de Calculo renum abunde diximus. In sanis auté quū ob negotiorum importunitatem urina diutius retē ta uesicam debilem reddat, auxiliari oportet ipsi, manibus supra pubem admotis, ac urina sensim expressa: ueluti in Curatione suppressionis urinæ ex imbecillitate uesicę factę, fusius ostensum est.

Si ob lapides aut sāguinis grumos.

Si ob carunculam aut callū.

Si ob negotiorum importunitatem.

De ulceribus uesicę, & eius ceruicis. Cap. XL.

Causæ.

EXulceratur uesica aut propter abscessū, aut ob tuberculum quod pręcessit, aut ex ruptura, aut ob fluxionis erosionem, aut aliam similem causam. Aegros dolor acutus uesicę omni quidem tēpore comitatur, maximè uero tempore mictionis, & excretionis puris. Et siquidem sordida fuerint ulcera, fœculenta simul excernuntur, & mucosa, & q̄ crassam subsidentiam ad modum farinę habent. Aliquādo autem pelliculę tenues ad modum foliorum & lanarum cum urina excernuntur. Si uero serpendo depascant ulcera, subcruenta excernuntur, & saniosa, ac fœtentia. Ad hęc accedunt difficultas emittendæ urinę, & pudendi arrectio, ac petulantia. Dolor autē non solum cum urinæ meatus fuerit exulceratus, sꝫ & quum in profundo exulceratio consistit. Cognoscetur autem num in profundo, siue iuxta urinę fistulam sit exulceratio, ex eo, quod si in amplitudine uęsicę fuerit, dolor circa pubem consequatur. Si uero iuxta ceruicem uesicę ulcera existant, tempore mictionis tantū, & maxime ubi mingere incœperint ac ces-

Signa.

ac cessauerint, dolor sentitur: atq; id amplius contingit, si urinę sint acriores. Insanabilia uero, aut saltem curatu difficillima sunt uesicę ulcera: tum quia ipsa neruosa est: tum etiam quia ulcera eius urina, q̄ acris est natura, assidue cōtingit, eroditq;, nec ut glutinentur permittit. Verum quū sępe etiam pręter expectationem quędā eueniant, cura aggredienda est, per quam si nihil aliud, certe accessorii dolores minuentur. Primum igitur persuadendū est ęgro ut decumbat, et in lecto quietem toleret: idq; maximè, si febres simul adsint. Deinde remedia febribus intermittētibus adhibenda. Maximū uero hic fuerit lactis potus, neq; post ullum aliud remedium secundo loco id habendum. nam & asperitates lenit, & ulcerationes eluit, malumq; abstergit. Reliqua uero uictus ratio talis sit, qualis ea est quę in renum exulceratione adhibetur. Per medicamenta etiam ęgrum consolari oportet, quę pubi imponuntur. Etsi quidem cū inflammatione exulceratio consistat, cataplasmata ex lini semine & fœnogręco, aliaq; quæ suprà in Capi. de Vesicę inflammatione dicta sunt, apta erunt. Porrò si exulceratio pascendo serpat, subadstringētia extrinsecus apponenda sunt: atq; hęc quidem calida, ut ob calorem quidem partes circūdolitantes leniendo iuuent, ob potestatem autem ipsorum uicinos locos depascere prohibeant. Vtendum etiam iis quę p catheterem infunduntur medicamentis. Infundendum itaq; inflāmatis locis lac recens mulctum, aut rosaceū optimū tepefactū. Si uero nihil horum adsit, aq̄ dulcissima tepida assiduè infundenda, mordacitatis tempore instante. Per sedem quoq; ptisanę succus, aut decoctū ex semine lini cucumeris decorticati, fœnigręci, malua, aut lac cū rosaceo infundēdū. Frequenter aūt & in aquā calidā desideat ęger, & in decocta relaxantia: nā hęc dolores mitigant. Atq ubi ulcera iā pascendo serpunt, p catheterē in uesicam

Insanabilia aut saltem difficillima curatu cur uesicæ ulcera.

Curatio.

Lactis potus.

cam iniicienda sunt,quę depastionem sistere possunt: ut sunt acacia,hypocisthis,alumen,malicoriū,gallæ, terra lemnia,bolus armenia,⁊ similia.Quod si uero sordida sint ulcera,medicamenta infundenda sunt, quę repugnādi ⁊ abstergendi facultatē obtinent:uelut ē mulsa dilutissima,uel lac cū paululo mellis,uel cū cucumeris semine decorticato.Si uero acrimonia cōsequatur ⁊ mordacitas,lac recēs mulctū cum optimo amylo infundatur,aut pompholyx:hoc est thutia,plurib.aquis elota ⁊ exiccata, atq; deinde cū lacte diluta.Quū uero repurgata fuerint ulcera,adiuuare oportet quo ad cicacitricem perducantur,atq; id per insessus adstringētes,⁊ eiusdem facultatis emplastra,fomenta,⁊ irrigationes.Cęterū si ad multum tempus exulceratio duret,tunc sanè ⁊ exacerbationes ⁊ interualla siue remissiones ęgros apprehēdūt. Quapropter in exacerbationib.quidem cataplasmata,fomenta,⁊ irrigatiōes,leniēdi uim habentia adhibeantur.Remissionis uero tempore iis quæ malum destruere possunt utendum.Pectini itaq; rubefacientia ac sinapimi imponantur, ac uictus ratiōe uirib. reparādis apta utēdum. Quod si non māsuescat malum,crustas circa pubē infligere oportet, aut per medicamenta aut per ferrū,sinereq; ut per multum tempus ulcera se per effluxionē repurgent. Non ineptè uerò medicamenta dolorē leuantia in potu exhibueris,si uehementes instent dolores. In hunc sanè usū cōueniunt pastillli de halicacabo,seu trochisci de alchichengi hodie nominati,cum opio.In uesicā quoq; iniicienda,quę dolores mitigare possunt.

De his qui re uenerea uti non possunt. Cap. XLI.

QVi mariti existūt,at re uenerea uti cupiūt ⁊ debent,igna autem ⁊ impotētia membra ab frigidā eorūdē intēperiē, aut aliud malū habēt, Victus. infernas partes exerceāt, ⁊ cibis utātur calefaciētib. ⁊ bonum

& bonum succum generantib. carnib. gallinarum, caponũ, perdicum, phasianorum, iuuentũ columborũ, auicularum montanarũ, passerũ potiss. testiculis gallorum, & similib. Edulia uero non solũ bene nutriẽtia, sed etiã flatuosa ipsis conueniunt: ueluti cicer, fabę alica, bulbi, porri, pastinacę radix & semẽ, nuces pineę amygdalę dulces, & similia. Oua item perdicis ad coitũ excitant. Dormiant in mollib. lectis, legantq; quę ad coitũ cohortantur, lectionib. itẽ assideãt. Naturalia cõtinuo ex oleis, unguentis, aliisq; calefaciẽtib. medicamẽtis cõfricent. In quẽ usum hoc unguento uti licebit, quod ℞. Oleorũ liliorum alborũ. ℥.i.s. de castoreo. ℥.s. piperis nigellę, pyrethri an. ʒ.i. myrrhę. ʒ.s. euphorbii gr. iiii. cerę quod satis est, fiat unguentũ. Medicamentis etiã quę seminis multitudinẽ augere, & calefacere possunt, utãtur, qualia inter simplicia sunt eruca, sinapi, nasturtium hortense, semen rapi, urticę, ari radix, piper, satyrium, orminũ, anisũ, scylla, orchis: cuius quidem maior bulbus cum lacte potatus, tentiginem cit, minor uero cum aqua potatus, tentiginem remittit. Testes uulpis sicci triti bibiti, innocuã & minime uanam membri tentiginem faciunt. Partes etiã scinci renes amplectẽtes ad tentiginẽ pudẽdorũ excitandã bibuntur. Pudendũ cerui aridum urito, & ʒ.i. cum uino meraciore præbe. Inter cõposita isto uti licebit, quod ℞. Confectionũ diãthos pliri sarcoticon, diagalãgę an. ʒ.iii. diasatyrion. ʒ.vi. nucum pinearum, amygdalarũ dulcium, pistaceorũ an. ʒ.ii. satyri. ʒ.i. radicis ari. ʒ.i. seminum erucę urticę, nasturtii hortensis an. ʒ.i.s. caudę scinci. ʒ.s. nucis Indicę. ʒ.i. piperis lõgi, zingiberis an. ʒ.i.s. scobis pudẽdi ceruini. ʒ.i. cũ saccharo, & syrupo de menta quod satis est, fiat ecligma de quo ante cœnam, aut ieiunis, per se, aut cum uino detur drachma una, aut duę.

Vnguentum.

Simplicia medicamenta coitum concitantia.

Ecligma.

De seminis profluuio. Cap. XLII.

Γονοῤῥοια. Causæ.

Γονοῤῥοια Græcè seminis profluuiũ Latinè dicitur. Et est excretio seminis pręter uoluntatem, citra pudendi tentiginem. Fit ob retentricis in uasis seminariis facultatis ĭbecillitatẽ, aut ob aliud malum, quod seminatoriũ uasorum partes eodem modo, quo expultrix secundum naturam facultas mouet: ueluti in comitialib. ꝛ aliis uiolentioribus cõuulsionib. contingit. Oboritur autem aliquando etiam ex seminatorium uasorum fluxione. Semen quod profluit, aquosum, tenue, citra appetentiam coeundi, ꝛ ut plurimũ quidem citra sensum, quandoq; uero cum uoluptate quadam promanans. Corrumpitur sic patientib. sensim uniuersum corpus, ac gracilescit, præsertim circa lumbos. Consequitur ꝛ debilitas multa. Et si pudendo nõ intento euenerit, retẽtricis in seminariis uasis imbecillitatem sequitur. Si uerò intento pudẽdo contigerit, cõuulsioni quodammodo similis erit affectus. Non solum uiris, sed ꝛ mulierib. accidit, ꝛ in fœminis sanè ægrè tollitur.

Curatio.

Cura communis est cum ea quæ in omni fluxione adhibetur. Primũ igitur in qete, pauco cibo, ac aquæ potu ęgros adseruare oportet. Deinde etiã lumbos ꝛ pubẽ cõtegere lanis rosaceo, aut melino madefactis. Neque uero ineptę sunt spõgię posca imbutę. Sequẽtib. uero dieb. cataplasmatis, emplastris, ꝛ unguentis ex palmis, cotoneis, acacia, hypocisthide, rhoẽ, ꝛ similib. suprà sæpe cõmemoratis, utendũ est. Insessib. quoq; adstringentib. ex rubi, plantaginis, myrthi, ꝛ similiũ decocto, uel etiam aquis. Cibis aũt utendum qui ægrè corrũpuntur, ꝛ difficulter ꝑmutantur ꝛ reficcãdi uim habent. Dandum etiã cum potu ac cibis, agni seu uiticis ac cãnabis semen pręsertim tostum, rutę item semen ꝛ folia, lactucę semen ꝛ caules, ac nymphę (nenuphar hodie appellãt) radix. In potu

uero

uero quotidie pro aqua communi, aqua in qua ferrũ sępe extinctũ est prębeatur. Quid multa? Omnẽ acrium rerũ esum, & multi uini potum, & olerũ exhibitionem uitare oportet. Victus uero ratio uniuersa resiccatoria & adstringens constituenda est. Ea ẽt medicamenta quę semen extinguunt, propinanda: ueluti est agni seu uiticis semen, tostum & perfrictũ. Folia item eius, & flores, uenerem cohibere creduntur, non cõmesta tantum, sed & in potu sumpta, & substrata. Portulaca comesta, & lactucæ semen potatũ, & nympheę radix & semen in cibo accepta, semẽ refrigerando extinguunt. Ruta uero comesta calore suo semen corrũpit. Calaminthã aũt assidue edentes generandi potẽtia priuantur. Ex iis atq; aliis eius farinæ medicamẽtis uaria cõponi possunt remedia, hoc potissimũ, quod ℞. Specierũ diacumini, diacalaminthę añ. ℥.i.s. seminis agni, rutę añ. ℥.i. calaminthę añ. ℥.ii. seminis lactucę, portulacę. ℥.i. sacchari æquali oium põdere, misce, fiat tragea, de qua detur. ℥.i. aut ℥.i.s. in uino austero diluto. Optimũ etiã censetur, laminã plumbeã lũbis supponere: multũ. n. refrigerare cõsueuit. In his uero qui plumbi duriciẽ ferre nõ possunt, cõsulere oportet, ut ex p̃dictis herbis quędã arefactę substernãtur. Potissimũ uero ad hũc usum cõferũt uiticis folia, & modica ruta ac calamĩtha: maxime uero ipsę rosę. Prosunt. n. hęc, citra renũ læsionẽ. Vehementes naq; refrigerationes eorũ quę lũbis subdũtur, renes iniuria afficiũt. Ipsũ etiã stratũ non ualde molle sit. Decubitus porrò ut plurimum in latus fiat, uitata forma decubitus supina, ne lumborũ arterię inde calefiant. Post prima aũt morbi tempora exercitiis ęgrum committere oportet, quib. totũ corpus, & præsertim partes patientes cõfirmẽtur. Bonũ fuerit etiã, si nihil p̃hibuerit, ad frigidã lauationẽ desugere, quę omnẽ morbũ ex fluxione obortũ depellere consueuit, maximè si medicamentaria qualitate

Semen extinguẽtia.

Tragea.

aqua sit prędita. Conuenit item per interualla quædam iis quæ rubefacere, atq; ea quę in ꝓfundo sunt ad superficiẽ transferre possunt, uti. Cęterũ omnem de rebus uenereis cogitationem excludere oportet.

De exulceraione pudendi. Cap. XLIII.

NAturalium ac pudendorũ ulcera citra inflammationem oborta, medicamentis indigẽt, que uehementer resiccãt: cuiusmodi sunt ex charta cõbusta, anetũ ustum aridum, aloẽ arida in puluerem redacta, prępsens sanè remediũ: & pistolochię (quã aristolochia rotundam uocant) radix. Inter composita is puluis potissimũ conuenit, qui ℞. Aloẽs. ʒ. ii. gallæ. ʒ. i. s. sanguinis draconis, boli armenię, pópholygis, id est, thutiæ añ. ʒ. i. radicis pistolochię. ʒ. s. myrrhæ. ℈. i. gũmi arabici nominati. ʒ. ii aluminis usti. ʒ. s. misce, fiat puluis. At si humidiora ac sordidiora ulcera euenerint, primũ dilutiore mulsa, mox lacte caprino ulcus abstergendũ. Dein puluere iã dicto utẽdum, aut lapide hęmatite, aut thure, aut malicorio, aut lemnia terra in puluerẽ redactis utẽdũ. Quod si simul inflãmatio affuerit, hęc ipsa primũ remouẽda, erit, linteis ĩ aqua stillaticea rosarum, aut solani, aut portulacę, albo oui adiecto madefactis, & loco patienti admotis.

Puluis.

De ramice. Cap. XLIIII.

KΉλη Græcis, rames & hernia Latinis, ruptura Barbaris scriptoribus dicta, uariis fit modis, & per adiectionem uarias accipit appellationes. Si enim peritonęo rupto intestina in scrotum deuoluuntur, ἐντεροκήλη gręcè, latinè autem ramex intestinorum dicitur. Quando uero intestina suprà in inguinibus hęrent, βουβωνοκήλη Gręcis, Latinis autem ramex inguinis uocatur. Quod si humor aliquis lentus in scroti parte colligitur, ὑδροκήλη Grecis, aquosus ue

Ramex.

Enterocele

Bubonocele

Hydrocele

sus uero ramex Latinis appellatur. Quum autem caro dura intra testium tunicas increscit, σαρκοκή-λη græcè, carnosus uero ramex Latine dicitur. Sarcocele
Quid multa? nomen semper à rebus opplentibus, ramicis genera accipiūt. Hinc si omentum in scrotum descendat, ἐπιπλοκήλη, id est ramex omenti nuncupatur. Epiplocele,
Sic ubi uenę ultra modum repletę glomerantur ac dilatantur, κιρσοκήλη, hoc est uaricosus ramex nominatur. Cyrsocele
Ramices intestinorum & inguinis generantur, uel quod peritonęum plus ęquo extenditur, uel quod frangitur. Vtrunq; uero ex uiolenta quadam occasione præcedente, népe ictu, aut saltu, aut clamore, aut ingētis molis sublatione accidit. Aquosus uero ramex quandoq; ex occulta, quandoq; ex manifesta causa contingit. Ex occulta quidem, quādo adauctis uasis in scroto cōtextis, aquosa materia propulsa, & sanguini admixta, ad eas partes decubuerit. Ex manifesta autem causa, quādo propter percussioné collisis aut fractis uasis, sanguis subinde defluens ad aquosam substantiam transmutatur. Carnosus ramex itidem ex latente causa nascitur, testiculo fluxionem experto, induratoq;, aut ex ictu, aut imperita post ramicis succisioné curatione. Notæ utriq; ramici & intestinorū & inguinum communes. Signa
Cóspicuus enim in scroto aut inguine tumor, qui in exercitiis, itinere, spiritus retétione, aliisq; occasionibus maior quàm prius euadit, cōpressus tardè quidem recurrit, celeriter autem rursus deuoluitur. Peculiaria ramicis ad extensionem relati indicia sunt, quòd nō uniuersim, sed particulatim téporis spacio, & ob causas quaslibet intestinum deuoluatur, tumor ęquabilis & profundus appareat, intestino quòd deolutū est peritonęo constricto. Ex ruptura facti ramicis signum est proprium, quòd uniuersim ab initio intestinorū deuoluatur, idq; ob causas uiolētas dūtaxat: tumor immensę magnitudinis, inęqualis, & p summa

protinus

protinus in cute emineat, quòd scilicet intestina extra peritoneum elabantur. Aquosus ramex ita dignoscitur, quòd tumor sit dolore uacans, firmus, ac stabilis in scroto, quacunq; tandẽ occasione nõ euanescens, sed in iis qui modicũ continent humorẽ cedens: in illis qui copiosũ habẽt, nõ item. Et cũ aquosus humor extiterit, tumor cõcolor pellucet: quũ foeculentus, aut sanguineus, aut rubicundus, aut liuidus apparet. Carnosum ramicem color ubiq; sui similis cũ duritia cõsequitur. si aũt tumor in scirrhũ coalescat, nullus nec color nec sensus adest. si maligni referat naturã, dolor urget punctorius. Cęterũ

Ramicis intestinorum & inguinum curatio.

ramicem intestinorum & inguinũ curamus hunc in modũ. Aegro resupinato duductis cruribus, intestina sensim reducere, ac reducta deinceps idoneis ligamentis retinere oportet. si uero reductiõi minus obtemperent intestina, emollientia, ac inflãmationẽ doloremq; leuantia & flatus dissoluentia fomenta, linimenta, balneaq; adhibenda: qualia sunt quę ex malua, chamęmelo, anetho, seminibus lini, fœnigręci, carei, anisi, cumini & similibus cõponuntur. lana etiam succida, uino & oleo madefacta, loca dolentia fouenda sunt. reductis intestinis, conandũ ut intestina idoneis ligamentis retineantur. In quem usum cerata &

Ceratum.

emplastra sunt adhibenda, potissimũ uero hoc, quod ℞. Picis naualis, mastiches añ. ʒ. iii. thuris. ʒ. ii. hypocisthidis, sarcocollę, acacię añ. ʒ. i. s. lapidis hęmatitis, sanguinis dracõis, aloës añ. ʒ. ii. s. boli armenię, symphyti radicis, gallarũ, malicorii añ. ʒ. iii. uisci quercini. ʒ. i. s. aristolochię utriusq; ʒ. ii. rhois, balaustiorũ añ. ʒ. i. sepi hircini. ℥. ii. terebinthinę & cerę quod satis est, gũmi antea in aceto aut uino dissolutis, formetur ceratũ quod in pelle arietis impositũ alligetur, nec ante septimũ aut nonũ diem soluatur. Interea ęger in lecto maneat diebus triginta, & à cibis inflantibus abstineat, uino copiosiore, uehementi mo-

Victus.

tu, nempe cursu, saltu, clamore & id genus aliis: bibatq; decoctum, quod ℞. pedis leonis, saniculæ, herbę fortis, (quã consolidã sarracenicam uocant) eupatorii añ. M. i. cynoglossi officinarum, polygonii, clematitidis daphnoidis, plantaginis añ. M. s. radicis symphyti ℥. s. radicis symphyti petrę i. ʒ. v. seminis myrthi. ʒ. iii. balaustiorũ. ʒ. ii. foliorum lauri. ʒ. i. s. bu liant in uino & aqua iustę quantitatis, quoad tertia pars absumpta fuerit: dein colẽtur, & cũ saccharo fiat potio delectabilis, de qua singulis diebus matutino tẽpore dentur. ℥. iiii. Cęterum maxime etiam annitẽdum: ne aluus induresscat: ne scilicet si nimio conatu stercora excernantur, simul intestina iterũ deuoluantur, Vtendum quoq; conuenienti, ut antea diximus, deligatura, pręcipue si occasio motum pręciperet. Porro aquosus ramex per ea quę calefaciunt & exiccãt medicamẽta curandus, ut est farina fabarũ, baccę lauri, semen lini, dauci, altheę: & id genus alia, de quibus Cap. de Ascite, & reliquis aquę inter cutẽ generibus abunde dictum est. Chirurgicam pędictarum, omniumq; aliarum ramicum specierum curandi rationem lib. 6. capi. 62. & sequentibus copiosissimè tradit Paulus: quam ut hic tractemus, non est nostri instituti. q̃re ad uteri pathemata ꝓgrediemur.

Decoctũ glutinans.

Ramicis aquosi curatio.

De suppressis mensibus. Cap. XLV.

MVlieribus quibusdam menses supprimuntur, uel naturaliter, uel pręter naturam. Sinaturaliter: hinc colligere licebit quòd mulier nulla inde molestia uel totius corporis, uel uteri afficiatur ętatis itaq; ratione plurimis menses quartodecimo anno fluere incipiunt: paucissimis ante tertium decimum: aut duodecimũ: plerisq; autem post quartum decimum erumpunt. desinunt uero aliis anno quinquagesimo. paucis autem usq; ad sexagesimum durant. steriles etiam mulieres; in utero habentes, & sal-

Causæ.

Quibus naturaliter menses supprimãtur.

trices naturaliter non purgantur. Nam quicquid in eis recrementi est, nimia exercitationis uehementia absumitur. & ut summatim dicam, mulieres calidioris temperaturę, ualidisq; exercitiis utentes, & agrestes, parum aut nihil per menstrua purgantur. Nonnunquam autem pręter naturam menses nimia uel pinguedine uel gracillitate supprimi solét. Pingues enim exanguiores reliquis sunt, minimasq; uenulas habent: quiq; illis inest paucissimus sanguis, ferè in pinguedinē transit. Graciliores uero ob diuturnū quem morbum extenuatę, nihil prorsus superuacui sanguinis continent. pręterea menses nō defluunt, qbus sanguis uel crassus, uel lentus, uel per alia loca delatus fuerit: sicuti per nares, aut sedem. aliis etiam, qꝫ è thorace sanguinem eiectauerint, aliis quòd e dissecta uena ultimam sanguinis inanitionē tolerauerint, menses suppressi sunt. sed & reliqua excretionū genera idem sępe effecerunt: ut sudoris multitudo, assidui uomitus, alui profluuia, ac pustularū omne genus q̄ in cute efflorescūt. sic pręter has omnes causas menses supprimūtur, ob acutos maximosq; morbos, & ob alimenta, quę uel paucitate, uel multitudine sua excesserint. A pauco enim alimento paululū quidpiam confestiꝫ expirat, a multo uero meatus obstruuntur, & excretio intercipitur. sæpe etiam in ore uteri calli oborti, aut carnis excrescentię, aut pinguedinis copia purgationem menstruam impediunt.

Quibus præter naturam mēses detinentur.

Quibusdam etiam cicatrices ulcerū, quę in utero pcesserunt, uasorum ora a quibus sanguis in uterum ferebatur, obstruxerunt. Nōnullis post aborsum uteri ore exulcerato, ac deinceps ad cicatricem ducto, obstructio ac cōpactio superuenit, q̄ sanguinis p uterum excretionem aufert. Curę quoq; pertinaces, formidoq; immodica, & ingens mœror menses intercipiunt. Frigida deniqꝫ aut alia uteri intemperies menses remoratur. Suppressa menstrua totius corporis

Signa.

graui-

grauitas, nauseę, fastidia, & horror inęqualis consequuntur. dolores prętерea circa lumbos, fœmora, collum, sinciput: & fundamenta oculorum existunt: item febres ardentes, & urinę nigricantes, cum rubra quadam sanie: perinde ac aquę, ex qua nuper mactatę carnes ablutę fuerunt, fuliginem quis miscuisset. quibusdam etiam urina aut difficulter redditur, aut omnino supprimitur. Causarũ uero diuersitas magna ex parte de sermonibus ęgri cognosci potest. frigidioris autem temperaturę fœminas ex iis potissimũ dignoscemus, quòd somnolentiores: ad oẽmq; motũ segniores sunt, ac colore cãdidiores: seu plũbeę, urina aquosa, & aliis quę iam sępe dicta sunt. pituitam quoq; iugiter excreant, & interdum etiam pituitosos humores euomunt. Calidioris autem temperaturę notę, iam commemoratis prorsus contrarię sunt. Plenitudinis uero, quam obstructio consequitur: notę: ex aliis Capitib. colligendę. quæ enim hac ipsa laborant mulieres, menstruorum tempore magis grauantur, doloresq́; circa lumbos & pubem percipiunt, uenæq́; illis in tumorem insignem eleuãtur. Cæterum si à frigidis ac crassis humoribus mẽses supprimuntur, cibos calidos & extenuantes, de quibus iam sępe est dictum, exhibebimus. Vinum etiam fuluum, odoratum: & antiquum ut bibant pręcipiemus. exercitia quoq;, & alia quæ corpus calefacere, crassosq́; ac lẽtos humores incidere & extenuare possunt, pręscribemus. Si plenitudine laborauerit mulier: & nihil aliud prohibeat: à sanguinis missione curandi ratio inchoanda erit. Secanda uero uena malleoli aut poplitis, idq́; non ante statum mensium tẽpus. neq; inutile erit, cruribus cucurbitulas affigere. Sin plenitudo nulla fuerit, purgatione utendũ, humoribus tamen antea ad expulsionem pręparatis. In quem usũ hoc decoctũ exhibeatur: qd ℞. Radicum acori, iridis, oreoselini, asparagi aã. ℥. I. seminũ apii, fœni-

Frigidioris temperaturæ notæ.

Calidioris

Plenitudinis.

Frigidioris temperaturæ curatio.

Decoctum

fœnicul: rusci: anisi, dauci, ammi, urticæ an̄. ʒ. i. cala-
minthę: absinthii an̄. M. s. origani: abrotani: artemi-
się, pulegii: asari an̄. M. i. hyssopi. M. i. s. cinamomi e-
lecti. ʒ. i. s. buliant singula in aqua iustæ quantitatis
quoad tertia pars absumpta fuerit. dein excolentur
& saccharo sufficienti adhibito, adiiciātur syrupi de
calamintha: de hyssopo: de marrubio an̄. ℥. i. s. misce
fiat potio: qua hausta, purgatorium sumatur medica
mentū aliquod, nimirū hiera picra ecligma diaphœ
nicon, indi: catapotia de agarico, de benedicta, aut si
milia. à purgatiōe exercendę mulieres potissimū ob
ambulationibus, & inferiorū frictionibus. Fomenta
tiones deniq;, inunctiones, & balnea ex chamęmelo,
artemisia tenuifolia, mentastro, & aliis quæ in deco-
cto paulo ante memorata sunt oleis ō lilio, rutaceo
& similibus parata: adhibenda. Post hęc medicamen
ta, quę suppressos menses euocant protinus: ut sci-
licet adhuc calido & soluto corpori occurrentia ui-
Menses euocātia. res suas ostendant: exhibenda. in quem usum confe-
runt myrrha: castoreum: baccæ lauri: rubea tincto-
piper: saluia: ruta: sauina: casia, & alia quę suprà com
memorata sunt. Vnice autem hoc confert, quod ℞.
castorei. ʒ. i. mentastri in puluerem redacti. ʒ. s. uini
antiqui aut mulsę. ℥. iii. misce, & à balneo calidū, p-
pinato. Benefacit etiam decoctum pulegii, artemisię
rutę, cumini: dauci, saluię, aneti, ammeos, fœniculi,
inulæ, & similium. Calaminthę etiam in puluerē re
dactæ. ʒ. ii. aut sauinę. ʒ. i. in uino aut mulsa pota. mi-
rifice conducunt pastilli de myrrha. Absinthites au-
tem uinum per totius curationis decursum bibēdū.
Pessi. Pessis etiam in uterum demissis, necessitate sic exigē-
te, utendum: ex quorum numero hic est, qui ℞. trife-
rę magnæ citra apium. ʒ. i. farinæ erui, nigellę, rubeę
tinctorum, artemisiæ, pulegii an̄. ʒ. i. s. succi rutę. ℥.
ii. misce, fiat pessus: qui cum lana uel gosipio suppo-
natur. Et hic qui ℞. Myrrhę, bdellii, styracis an̄. ʒ. i. ca

lamin-

laminthę: abrotoni, absinthii an̄. ℥. i. s. radicum acori, rubeę tinctorum an̄. ʒ. i. seminis nigellę: rutę aridę, baccarum lauri an̄. ʒ. 2. sauinę. ʒ. i. castorei. ʒ. s. Redigantur singula in puluerem, & cum melle, aut triphera, aut methridati antidoto quod satis est formētur pessi. Metrenchytis etiam utendum. in quē usum utero infundimus olea calida: irinum nimirum, liliaceum, laurinum: & similia. Suffitis etiam ex styrace, chalbano, thure: bdellio, radice aristolochię, artemisia, nigella, garyophyllis, cinamomo, & similibus paratis utendum erit. Fouendus quoque uterus odoratis fomentis maiorana, serpillo, calamintha chamæmelo, pulegio, artemisia, radice iridis: & similibus in olla decoctis: quam operculo perforato operire os, arundinemq; aut alium canalem foramini insertum undique circumlinere, ut deinde sedens mulier excepto canali foueatur. Proderit etiam, ut mulier hinc decocto usque ad umbilicum insideat, & inde pessos paulo antea memoratos sibi admoueat. Cæterum calidiores & plurimum exercitatę mulieres curantur si quàm maxime humectentur uberiore humidioreq; cibo ac potu: quales sunt qui è carnibus agni, hœdi, è piscibus teneras carnes habētibus, auibus altilibus, & similibus parantur. uino utendū candido, non admodum antiquo & diluto: balneis item dulcium aquarum. & ut in pauca rem contraham, uictus ratione ea utendū, quæ hecticis adhibetur. Reliquę curationes ex suis petantur Capitibus.

Metrenchitæ.

Suffitus.

Fomenta.

Insessus.

Calidiorū tēperaturę curatio

De redundantibus mensibus. Cap. XLVI.

Redundare menses in mulieribus dicimus, quādo ultra consuetum tempus purgationis magna copia effluxerint. Tempus autem unicuique purgationi statum & ordinatum nō est. multis enim ad duos tresuè dies, haud paucis usque ad quintum profluit, aliis etiam ad septimum usque, rarò ad duodecimum

Causæ. Signa. cimum purgatę sunt. Fit ob fracta aut aperta uasa, uel magna, uel parua. Amplioribus uasis ruptis aut apertis: confertim sanguis profluit. minoribus uero apertis: sensim: nec magna copia promanat. Ab erosione si accidit: tum non solum paulatim, uerumētcum maximo dolore effluit. Porro quum immodice promanant: menses color fœdus consequitur, pedes molli tumore attolluntur, corporis robur prosternitur, uiciatur ciborū tum appetitus: tum concoctio: atq; in totum omnia, quę immoderatā sanguinis uacuationem siue ex hęmorrhide, siue alio quopiam sanguinis fluore euenientem sequi consueuerunt.

ex 5. de loc. af. 5.

Curatio In primis igitur artus ⁊ extrema corporis ab alis ⁊ inguinibus, uinculis excipere oportet. Cucurbitulas etiam leues magnas subter mām̄illas, iuxta Hippocratis sententiam: affigere conuenit. Cibis ⁊ potionibus austeris ⁊ adstringentibus utendū. Assis autem potius quàm elixis uescatur ægra: carnibus potissimum: quibus suapte natura desiccandi facultas inest, ut auium montanarum, ⁊ agrestium animalium. motu ⁊ uino abstinendum, ⁊ pro eo adstringēti potione utendum.

5 Aph. 50

Medicamenta mēses constringētia Medicaméta adstringentia simplicia in potu propinanda, hęc sunto. balaustiuʒ, hypocisthis, acacia, coralli, lycium, terra lemnia, galla, polygonum, symphytum utrumq;, hęmatites, calyces glandium, plantago, oxyacantha, ⁊ similia. Cōposita, syrupi rosaceus, myrthinus, pastillide succino, ⁊ terra lemnia. Item hęc catapotia, quę ℞. terræ

Pilulæ. lemnię, boli armenię, thuris, masticħes, gallarum añ. ʒ.2. sanguinis draconis, hęmatitis añ. ʒ.1. cornu ceruí usti. ʒ.1. hypocisthidis, acacię, corallorum rub. añ. ʒ.s. balaustiorum, rosarum rub. añ. ʒ.2. succini. ʒ.1. cum syrupo myrtino formētur catapotia, de quib. ʒ.1. aut. ʒ.1.s. propinabimus. Extrinsecus unguenta, emplastra, cerata, ⁊ epithemata adstringentia, utero adhibeantur; qualia multa supra in Capi. de Disenteria,

ria, diarrhœa, & lienteria dicta sunt. Insessus etiã ex decocto prędictorum medicamentorum parati conueniunt. item q̃ utero iniiciuntur: in quem usũ plãtaginis succus mirificè confert. Succus item polygoni, aut solani, aut hypocistidis, aut acacię, & similes. pessi quoq; utiles sunt, qualis est q ℞. Thuris, balau. gallarũ añ. ʒ. i. gummi arabici, acacię, succini, cornu cerui usti añ. ʒ. ii. boli armenii. ʒ. ß. singula redigantur in pollinem tenuissimũ, & lana rosaceo intincta excepta, in mulieris pudendũ immitatur. Porro fluores alii uteri diuturni, ῥευματισμοὺς uocant Gręci, q interdum rubri, interdũ albi, interdũ pallidi, sępe etiam aquosi sunt, eodem ferè modo curantur: nisi quod in rubro fluore primũ, si ętas & alia pmiserint, ad sanguinis missionem uertimur. Nã multa sequerentur incommoda, si confestim sanguinis impetũ localibus remediis reprimere conaremur: nempe hydrops, neruorum, aut oris uentriculi, uel capitis pathemata. Ablationẽ uero sicut in iis qui sanguinem excreant, partiri opʒ, ut paulatim prolixiori tempore auersio fiat. Secanda uero erit in cubito uena: dein iis quę antea cõmemorauimus utendum. Fluore autem albo infestante, in principio quidem resistendum non est, ut aliena è corpore excernantur. neqʒ præter rationem erit, si quod pituitam purgat medicamentum adhibeas. toti etiam corpori auxilia q̃ citra manifestũ calorẽ exiccant, admouẽda, ut frictiones, unctionesq; ex melle. superiorum uero pręcipue partium exercitationes, ut uocis, conueniunt. medicamenta quoq; crassos & pituitosos humores extenuantia, urinãq; ducentia, ut asarum, fœniculũ, apiũ & similia, danda. Vtero aũt moderatè adstringentia applicanda. abstergentibus ẽt utendũ, ne scilicet ab humore trãseunte ulcus inferatur. Aq̃ igitur calida iugiter sanies abluenda, dein rosaceũ: aut myrthinũ aut melinũ oleũ, & alia q̃ prędicta sunt, admouenda.

Pessulus.

Curatio fluoris muliebris.

Rubri.

Albi.

De uteri suffocatione. Cap. XLVII.

Suffocatio. STrangulatus seu suffocatio uteri, ad superiora eiusdem recursus est. Græcis ὑστερικὴ πνὶξ dicitur superiores ac principatum obtinentes partes in passionis consensuз perducit: nempe carotidas, cor, cerebriq́; membranas. Fit ob retenta menstrua, cohibitum semen, ut copiose Gale. lib. 6. de patientibus locis Cap. 5. ostendit. Hęc enim flatuosam quandam refrigerationem, ut inquit Aetius: in utero excitant quę subinde cordi & cerebro communicatur. Contingit etiã refrigerato utero, quo tempore menstruę purgationes effluunt, uel ob difficilem quempiaз abortum, uel ubi quis sanguinis eruptionem ab utero repente sistere properauerit. accidit patientibus: cum accessio propinqua est, torpor mentis, pigritia: crurum imbecillitas, faciei pallor, aspectus mœstus.

Causæ.

Signa.

Quum uero iam instat strangulatus, inclinatio ad somnum, desipientia: detentio instrumentorum sensus, uox obmutescit, cruraq́; contrahuntur: pulsusq́; parui & debiles fiunt, sępe & penitus abolentur. Cum remiserit, mox illę rubescere incipiunt, oculi attolli & aperiri. Humiditas etiam quędam a locis muliebribus tactu perceptibilis excurrit, ac intestina immurmurant: ipseq́; uterus paulatim laxatur, atqз sic ipsis mens, sensus: & motus redit. Cęteruз passio iuxta circuitum mouetur, sicuti comitialis: idq́; utero, ut diximus, repleto, aut seminali, aut alia quę in eo putre fit materia. Multę rursus se a morbo recolligunt, nõ nullę uero in ipsis accessionibus subito pereunt. idq; accidit, ubi pulsus crebriores & inordinati fiunt, ac subinde in totum abolentur. Postremo frigidus & modicus humor superficiem irrorat. porro malum hoc hyeme & autũno magis infestat iuniores, ad uenerem procliues: steriles: pręsertim si ui medicamentorum tales factę fuerint. In accessionibus igitur extrema deligare oportet, cumq́; deligationibus crura tota,

Curatio. Quæ in accessiõe facienda.

tota,totumq; corpus perfricare & ueluti animo defi-
cientes recuperare. Narib. fœtida admouenda: uerbi
gratia, funiculus lucernę extinctus, castorium, galba
num, pix liquida, lanę, lacinięq; combustę, & alia eius
modi. Cucurbitulas quoq; inguinibus, & imo uen-
tri cum multa flamma & leues affigere conuenit. Qđ
si accessio prolongetur, etiam quæ flatibus educen-
dis utilia sunt, sedi supponere oportet. Hęc autē ex
Cap. de coli doloribus petenda ueniunt, In uterum
unguenta & olea odoratissima infundere oportet, ut
est amaricinum, & quod spicaceū hodie appellatur,
irinū, & similia. Hęc ēt obstetrix digitis capiens, usq;
ad os uteri immittat, leniter ac multum defricans, ut
eo irritamēto crassus humor excernatur. Prętet hęc
omnia mulier maximis uocibus excitetur, ꝓpriumq;
nomen inclametur. Hoc tempore ea etiam sunt ad-
mouenda, quę sternutationes excitant: ut castoriū,
struthiū (cōdisi barbari uocant) & piper. Neq; inuti-
le erit, si insessiones ex decocto baccarum foliorūq;
lauri, pulegii calaminthę, artemisię, marrubii, sauinę
altheę chamæmeli, serpilli, iridis, aristolochię, & fœ-
nogręci parentur. Insessionum tamen tempore cere
bri curā non omittemus, sed rosaceo & aceto caput
irrigabimus. Vbi accessio quieuerit, ad uomitū co
gantur. omnes enim uomitus leuat, sed eas pręsertī
quę a cibo infestantur. In tertio die lumbis & iliis cu
curbitulę cum scarificatione applicentur. A septimo
die purgatione utendum ex hiera de colocynthide,
aut catapotiis de agarico. Mox ad castorii potionē
ueniemus, quod iugiter potū ab hoc malo protinus
liberat. dandum autem singulis diebus ad drachmæ
pondus, interdum cum mulsa, interdum cum arte-
misiæ decocto, nunc cum uino tenui. hoc etiam tem
pore insessionibus & pessis mollientibus ex adipe an
serino, styrace, mastiche, amoniaco, & similibus con
fectis uti licebit. uterus etiam iis quæ calefacien-

Quæ post accessionem agenda.

Suffitus. di,flatumq́; educendi uim obtinent, sufficiendus. Vtẽdum autem hoc potissimum, qui ℞. pastillorum galliæ & alipte moschate an. ʒ.i.s. styracis. ʒ.iii. charyophyllorum, maceris an. ʒ.i. ligni aloẽs. ℈.ii. cinamomi electi, foliorum lauri añ. ʒ.ii. ladani. ʒ.ii.s. redactis singulis in pollinem subtillissimum cum stacte, quã storacem liquidum appellant, fiunt trochisci. Cibo interea & potu paucis admodum contenta sit mulier, Victus totaq́; uictus ratio exiccatoria sit. atq; hęc ad accessiones proficiunt. In totius uero corporis curatione Totius corporis curatio. potissimum si malum diuturnum fuerit, plerunq; à sanguinis missione, pręcipue si menstruę purgationes detineantur, auspicandum. deinde ad purgationem ex hiera picra transeundum. peracta euacuatione cucurbitulæ leues quidem, sed cum multa flamma affigendæ. Nec inutiliter sinapismi, & dropacismi, ex euphorbio, pyrethro, pipere, & sinapi confecti appli-Victus. cantur. Non parum etiam recta uictus ratio opitulabitur, nempe deãbulationes matutinę, gestationesq́; uel in curru, uel naui, uel iumẽto. A gestationis motu uociferatio, & lectio clara modulata cõcinna utilis est. unctio pterea, frictio, & exercitatio ex cõgruis interuallis repetita, eisdem cõueniet. balneũ aquę dulcis rarius, & nõ nisi sordiũ abstergendarũ gratia adhibendum. Balneis uero naturalib. uti, optimum est.

De uteri procidentia. Cap. XLVIII.

Prociden tia. PRocidere uterum dicimus, quando ita euertitur, ut exterius emineat. neq; enim uterus, ut imperiti suspicãtur, à suis solutus propaginibus totus decumbit. nam si ita procideret, restaurari mi-Causæ. nime posset. Sunt uero procidendi uteri causæ multę. Ab alto enim delapsa mulier, si in coxas deciderit, membranis quę uterũ cõtinent, & uicinis partib. connectunt, ruptis, hoc malo corripitur. accidit etiã ut procidat uterus in difficili partu, propter secundę extractionem

tractionem, quam uterus illi adhęrescens sequitur. item ob inertem & imperitam fœtus extractioné, uel ictum, uel immensi ponderis eleuatione, uel animi affectus, puta filiorum amissionem nunciatam, aut hostium accessum, uel ob periculosam nauigationem: aut eiusmodi aliquam causam, omni eo quod cócretum est soluto, utero etiam simul collapso. Aut ob resolutionem, aut partium (membranarũ nimirum & musculorum) imbecillitatem, ut in senescentibus maxime accidit. Procidit sępe ob humoris plurimi ac tenacis defluxum, partuumq; frequentiam laxatis ac solutis appendicibus. Procidit uero potissimũ secundũ os eius, & quod procidit ouo struthiocameli simile est, maioris tantum & minoris ratione differens. Signa satis manifesta sunt, & causarum diuersitas facile de ęgrotantis aut assidentiũ sermonibus cognoscetur. Quũ itaq; recens adhuc malum est, studere oportet, ut uterus inseratur, ac in suũ reponatur locum. In principio si quidem facile repositioni paret, & recte locatus perseuerat, pręcipue si ętàs conuenerit. nam in prouectioribus uterus quidem reponitur, sed rursus qualibet leui causa relabitur. Conuenit igitur: duris stercoribus primũ euacuatis, urinaq; in uesica collecta excreta, quo uterus undiquaq; sit liber: & neq; ab itestino recto, neq; à uesica cóprimatur, ęgram supinã figurare: ut coxas habeat sublimiores: poplites flexos, crurib. inuicé dilatatis ac diuaricatis. deinde ꝑ lapsam uteri parté oleo tepido: uel butyro: uel maluę: altheę: fœnogræci: seminis lini, aut similium decocto fouentes, cóuolutã lanã ꝑparabimus: figura & crassitudine sinui muliebri ꝑportionalé: tenui & puro linteo exterius circũdatã: ac deinceps in succũ acacię: uel hypocisthidis uino dilutis mersã utero iseremus, & citra uiolétiã ac sensim totũ ꝙ ꝓcidit sursũ torquebimus, quoad iteger in sinu tumor excitetur: & uterus in propriũ reponatur locum. Extrinsecus Signa. Curatio.

trinsecus aũt pubem spongia in posca expressa operiemus. mulier iacebit extensis adaptatisq; inuicem cruribus, ut alterum alteri incumbat. tutius tñ erit, pedes simul uinciri, fasciam usq; ad genua deducendo. Deinde cucurbitę cum flamma copiosiore, umbilico & utrisq; ilibus affigendę. Naribus odorata iugiter admouenda. Tertio die lana adhuc in sinu persistente, mulier in uino nigro austero modice tepido, aut in decocto myrti, rubi, malicorii, & similium insidebit. his peractis sursus supina, accliuibus coxis, locabitur: sublataq; è sinu priori lana. altera in uicem prioris eodem medicamento madefacta imponitur. Cataplasmata & emplastra à foris imo uentri, imponantur ex palmulis, polenta, malicorio, lenticula, & similibus. Cerata etiam ex mastiche, ligno aloës, ladano, thure, iunco odorato, acoro, nuce moschata, gũmi arabico, tragacantha, & eiusmodi medicamẽtis parata conueniunt. singulis uero tribus diebus hæc usq; ad perfectã curationẽ permutẽtur. Toto etiã curationis tẽpore mulier motũ, & ea quę sternutamẽta excitãt, euitet. Vt autem naribus odoratissima sunt adhibenda, sic uterus ab infernis fœtidis rebus suffiendus est.

Victus. Cibi boni succi, & uina odorata offerenda. uenter quoq; leniẽdus, ne si cũ difficultate sit egerendũ, simul uterus procidat. Obseruandum tamen, ne nimiũ uenter subducatur. exoluitur enim, relaxanturq; propinquę partes, & uteri loca procidũt. Porro si pars prolapsa diuturnitate temporis propter incuriam putruerit, ob assiduamq; urinę irrigationem & sordem inhęrentem exulcerata fuerit, amputandum, aut inurendum quod inutile fuerit, nullius metu periculi, erit. constat enim, totum uterum putrefactum quandoq; amputatum & ablatum fuisse, ac mulierem superuixisse.

De mola.

De mola. Cap. XLIX.

MYλη, hoc est mola, induratus est tumor, interim in uuluę ostiolo, interim in toto utero ipso prominens, ad tactũ ferè lapidosus. uel ut Galenus lib. 14. Ther. meth. definit, est caro informis. nomẽ à motus difficultate ⁊ grauitate assumpsit, quam sentiunt quę malo hoc afficiuntur mulieres. Fit à seminis muliebris, ⁊ plurimi sanguinis menstrui in utero retentione ⁊ affluxu, quem calor immodicus cogit ac in carnis formã transmutat. Consequitur hoc malũ tumor durus cũ hypochondriorũ cõtractione corporis gracilitate, decoloratione, appetentię deiectiones, mensiũq; suppressione. Item mammillę intumescunt, ut conceptionis quibusdam per initia suspicio suboriatur. Temporis uero progressu discernuntur. molam enim punctionis sensum inferẽs dolor subsequitur, nec in ea motus ullus, sicut in cõceptione, percipitur. Nonnullę uero præbent aquę inter cutẽ suspicionẽ: à qua tamẽ distinguitur, quod tumor durus sit, nec sicut in hydrope manus aut digitorũ impulsu cedat, aut tympani modo sonũ edat. Nonnunquã tamen tempore procedente iecur refrigeratur, ⁊ hydrops superuenit. Primum omnium alimenta boni succi offerẽda, ac uini potione utendũ moderata mulier motu nõ utatur uehementi, is enim fluxionẽ cõmouet: sed gestationibus, ⁊ deambulationibus. pedes etiã decũbendo elatiores habeat. Quod uero ad curãdi rationẽ attinet, principiò in plenitudine uena cubiti incidẽda, ac subinde purgatione p catapotia fœtida utendũ. corpore uacuato cataplasmata, fomẽta, insessiones, pessi unguẽta ⁊ cerata q̃ relaxãdi uires habẽt adhibẽda: qualia sunt q̃ ex althea, malua, chamęmelo, meliloto fœnogręco, semine lini, ⁊ similib. parãtur. Cõueniet in hũc usũ unguẽtũ dialtheę, aut emplastrũ de meliloto, diachylõ simplex

Mola. Causæ. Signa. Victus. Curatio.

Vnguentum. admouere: uel hoc quod ℞. Oleorũ amygd. dulciũ ℥.iii. liliacei. ℥.ii.s. pinguedinis anseris, gallinę añ. ℥.i.s. mucositatis seminis lini, fœnogręci añ. ℥.i. amoniaci, bdellii añ. ℥.ii. radicis altheę, seminum nigellæ, dauci añ. ʒ.ii. cerę quod satis est. fiat unguentũ, gummi dissolutis prius in uino.

Pessi. Pessi quoq; subiiciendi ex butyro, adipe porcino, medulla ceruina, passulis, caricis pinguibus, seminib. lini & fœnogręci cõfecti. Post hęc quæ menses euocare possunt, propinanda medicamẽta. in quem usum pręter ea quę in Cap. de Suppressis mensibus commemorauimus, conuenit

Confectio. hęc confectio, quæ ℞. Specierum diacinamomi, diagalãgę, diacumini añ. ℥.s. specierũ diãbrę. ʒ.i. dialaccæ. ʒ.s. cinamomi electi, hyperici, calami odorati, asari, radicis acori, seminis anisi. añ. ʒ.i. seminis rutæ, zingiberis, artemisię, marrubii, dictamni, saluię añ. ʒ.s. sacchari. ℥.vi. dissoluti in succis artemisię & hyperici, fiat confectio in morsulis. de qua quotidie detur. ℥.ii. aut. ℥.iii.

Pessus. Proderit & hunc pessum subiicere, qui ℞. Radicis asari, acori, rubiæ tinctorũ añ. ℥.ii. seminum rutę, nigellę añ. ℥.s. maioranę, nucis miristicæ, garyophyllorum, baccarum, lauri añ. ℥.i. sauinę ʒ.i. castorei, euphorbii, añ. ʒ.s. Redigantur singula in puluerem, & cum terebinthina resina formentur pessi. Mirificè etiam confert uti balneis naturalibus, potissimum si malum diuturnum fuerit.

De inflammatione uteri. Cap. L.

Causę. Vterus plurimis de causis inflammatur, nempe ex ictu, mensium retentione, aborsu, ulceratione, concubitu metas rationis excedente, sellæ nimis durę insessione, longissima intentissimaq; deambulatione, sæpe & transpiratione ob frigus prohibita.

Signa. Hanc monstrant uteri, pubis, & lumborum dolores, febris acuta, dolor capitis, & radicis oculorum, brachialis, digitorum & colli conuulsio: & in

aduersum

aduersum declinatio, stomachi ex consortio dolor, oris uuluę conniuentia, pulsus exigui, crebriq;. Si languida fuerit inflammatio, haud ualido uteri dolore afficiuntur. Sin uehemens, & ipse totus pulsatilem dolorem percipit. Vniuerso sanè inflammatione laborante, undiquaq; parte autem eius inflammatione obsessa, in ea dolor magis intenditur. Nam si posteriora ipsius solum laborent inflammatione, dolor lumbos magis uexabit, durumq; stercus detinetur, quoniā intestinū rectum cōprimitur. Si priora dolor pubem occupat, & urinę stillicidiū, aut difficultas, uesica pressa, excitatur. Laterib. aūt inflammatione correptis, inguina tendūtur, & crura grauātur. Posteriore uero uteri parte inflammata, in umbilico dolor potissimū cum tumore infestat. Quum aūt os uteri inflāmatio affligit, in abdomine dolor est, digitoq; immisso os occurrit durū rigidūq;. In prīcipio itaq; curationē aggressi, si neq; ętas, neq; habitus corporis, neq; anni tempus obstiterit, neq; inflammatio post aborsū, aut immensam sanguinis euacuationē superuenerit, uená poplitis secabimus ex Galeni decreto, qui in Lib. de Curādi ratione per uenæ sectionē inflammationē uteri à uenis in crure sectis iuuari scribit. Aegrā in domicilio obscuro, & moderatè tepído collocabimus, quietē imperātes, ac crura eius ab omni motione, prohibentes. deinde artus & extrema perfricabimus. In cibo, qui quantitate modicus sit, utatur ęgra ptisanę cremore, & ouis sorbilib. Potus sit decoctū cinamomi aut hordei. Extrinsecus lana ex oxyrhodino madefacta, pubi & lumbis imponatur. Palmulę etiam, aut mala cotonea, in uino decocta, & rosaceo admixta, applicāda. Cataplasmata quoque ex farina seminis fœno græci, lini, meliloto, plātagine, lentib. polygoni, portulaca, sedo, & similib. confecta adhibēda, idq; potissimū si erysipelatis naturam inflammatio sortita sit. Lana cum rosaceo aut me-

Curatio.

Venæ sectio.

aut melino oleo,aut succo portulacę aut sedi made facta,in sinum uteri immittenda. At ubi inflammatio declinare cœperit,ad ea ueniemus, quæ quadātenus remittendi discutiendiq́; uires habeant. Aegrotam igitur in fœnogręci,altheæ,se.lini,maluę,interdum artemisię,marrubii,⁊ saluię decocto usq; ad lūbos sedere iubebimus. Pubi etiam ⁊ lumbis hordea-
Pessi. ceam farinam cum fœnogręco ⁊ semine lini in mulsa elixatam,aut caricarum decoctum illinemus. Pessi quoq; subiiciendi ex butyro,medulla ceruina,adipe anserino,gallinę ⁊ similib. confecti ℞ eliqua deniq; quib. emolliendi facultas inest adhibenda,de quib. iam sępe dictum est.

De sterilitate remouenda, Cap. LI.

Causæ STerilitas aut uiri aut mulieris ratione accidit. A uiro est:cū semen eius uel feruidum, ⁊ ueluti torrefactum,uel frigidum,tenue aquosum, languidū,quale decrepitorū est:uel crassius quàm oportet emittitur,uel qđ uiri semispadones sint penemq́; breuissimum habeant,ut in uuluæ recessum semen iaculari nequeant. Quod etiā interdum nimia obœsitate cōtingit. obœsi enim tam uentricosi euadūt, ut semen ad profundiores uteri partes iaculari nō possint. Mulier uero sua ipsius ratione non concipit,
5. Aph. 62. quod uterū habeat uel calidū ⁊ igneū,uel frigidum ⁊ humidū:uel squalentem ⁊ aridū. Nam ut Hipp. ait:
" Quæcunq; frigidos ⁊ densos uteros habent,non cō-
" cipiunt. ⁊ quęcunq; pręhumidos obtinent uteros
" non concipiunt extinguitur enim in eis genitura. Et
" quęcūq; siccos magis ⁊ torrefactos:nā ex defectu ali-
5. Aph. 46. menti corrūpitur semen. Cæterū crassę admodum ⁊ obœse,haud cōcipiunt,quod itē etiā Hippocr. iis te-
" statur uerbis: Quęcunq; p̄ter naturā non cōcipiunt
" utero:iis omentum os uteri cōprimit:⁊ priusq́; exte-
" nuentur nō cōcipiunt. Graciles deniq; ⁊ macilentæ

non concipiunt: aut si concipiunt, statim obortiũt, eodem Hippocrate teste, qui sic scriptũ reliquit: Quę cunq; prę ter naturam tenues existentes utero gerũt, abortiunt priusq; crassescant. Quædam etiam non concipiunt, eo quod uterus earum debilis est, uel angustus, uel breuis, aut quod uasa eius obstructa clausaq; sint, aut cicatricis superuentu excæcata, aut quod uteri ceruix in obliquum ducatur, aut quod os eius uel nimis angustum, uel nimis amplum sit. Signa quibus diuersitas causarum discernitur, hęc sunt. Calidius siquidem temperamentum uiri facile deprehenditur ex pilorum copia, potissimum uero nigrorum in partibus genitalibus, & omnibus quę circum stant, suprà quidem usque ad media fœmora. Petulca etiam est hæc temperatura, & ad libidinem prona: statim uero satiatur. Frigidius temperamentum monstrant partes circumpositæ testib. glabrę. Neque etiam hoc temperamento prędití ad libidinem proni sunt. Vteri uero caliditas ex reliqui corporis caliditate cognoscitur, quodq; pauca menstrua, & cum dolore deferuntur, ut genitalia interdum mulieris exulcerentur. Sed & quę educuntur, nigriora sunt. Hanc etiam temperaturam insignis salacitas, & totius corporis siccitas sequitur. Frigidiorem uteri temperaturam monstrat mẽstruorum suppressio, stupor in pube, lumbis & cruribus obortus. Veneris etiam usum aspernantur, & os uteri contractum habent, hoc temperamento prędítæ. Humiditatis uero uitio fœcunditatem frustrari indicat, si in coitu humore admodum perfunduntur, & si iis fuerint tenuia copiosaq; menstrua. Siccitas uteri contrariis planè deprehenditur notis. Communiter quidem ambobus congruit, & uiro & mulieri, uniuersum corpus conseruare probè temperatum, laboris, cibi, balnei, & reliquorum omnium mediocritate. Viri igitur, qui ob deprauatam

5. Aph. 44.

Signa.

Curatio communis.

aut melino oleo,aut succo portulacę aut sedi made facta,in sinum uteri immittenda. At ubi inflammatio declinare cœperit,ad ea ueniemus, quæ quadatenus remittendi discutiendiq; uires habeant. Aegrotam igitur in fœnogręci,altheæ,se.lini,malug,interdum artemisię,marrubii,& saluię decocto usq3 ad lũbos sedere iubebimus. Pubi etiam & lumbis hordeaceam farinam cum fœnogręco & semine lini in mulsa elixatam,aut caricarum decoctum illinemus. Pessi quoq3 subiiciendi ex butyro,medulla ceruina,adipe anserino,gallinę & similib.confecti Reliqua deniq3 quib. emolliendi facultas inest adhibenda,de quib. iam sępe dictum est.

Pessi.

De sterilitate remouenda. Cap. LI.

Causæ

STerilitas aut uiri aut mulieris ratione accidit. A uiro est:cũ semen eius uel feruidum, & ueluti torrefactum,uel frigidum,tenue aquosum, languidũ,quale decrepitorũ est:uel crassius quàm oportet emittitur,uel qđ uiri semispadones sint penemq; breuissimum habeant,ut in uuluæ recessum semen iaculari nequeant. Quod etiã interdum nimia obœsitate cótingit. obœsi enim tam uentricosi euadũt, ut semen ad profundiores uteri partes iaculari nó possint. Mulier uero sua ipsius ratione non concipit, quod uterũ habeat uel calidũ & igneũ,uel frigidum & humidũ:uel squalentem & aridũ. Nam ut Hipp. ait: "Quæcunq3 frigidos & densos uteros habent,non cócipiunt. & quęcunq3 prę humidos obtinent uteros non concipiunt extinguitur enim in eis genitura. Et quęcũq3 siccos magis & torrefactos: nã ex defectu alimenti corrũpitur semen. Cæterũ crassę admodum & obœse,haud cócipiunt,quod itẽ etiã Hippocr.iis testatur uerbis: Quęcunq3 ꝑter naturã non cócipiunt utero: iis omentum os uteri cóprimit: & priusq; extenuentur nó cócipiunt. Graciles deniq3 & macilentæ

5.Aph. 62.

5.Aph. 46.

non

non concipiunt: aut si concipiunt, statim obortiũt, 5. Aph.
eodem Hippocrate teste, qui sic scriptũ reliquit: Quę 44.
cunq; pręter naturam tenues existentes utero gerũt, "
abortiunt priusq; crassescant. Quædam etiam non "
concipiunt, eo quod uterus earum debilis est, uel
angustus, uel breuis, aut quod uasa eius obstructa
clausaq; sint, aut cicatricis superuentu excæcata,
aut quod uteri ceruix in obliquum ducatur, aut
quod os eius uel nimis angustum, uel nimis am- Signa.
plum sit. Signa quibus diuersitas causarum discer-
nitur, hęc sunt. Calidius siquidem temperamentum
uiri facile deprehenditur ex pilorum copia, potissi-
mum uero nigrorum in partibus genitalibus, & om-
nibus quę circum stant, suprà quidem usque ad me-
dia fœmora. Petulca etiam est hæc temperatura, &
ad libidinem prona: statim uero satiatur. Frigidius
temperamentum monstrant partes circumpositæ te
stib. glabrę. Neque etiam hoc temperamento prędití
ad libidinem proni sunt. Vteri uero caliditas ex
reliqui corporis caliditate cognoscitur, quodq; pau
ca menstrua, & cum dolore deferuntur, ut genita-
lia interdum mulieris exulcerentur. Sed & quę edu
cuntur, nigriora sunt. Hanc etiam temperaturam
insignis salacitas, & totius corporis siccitas sequi-
tur. Frigidiorem uteri temperaturam monstrat mẽ
struorum suppressio, stupor in pube, lumbis & cru
ribus obortus. Veneris etiam usum aspernantur,
& os uteri contractum habent, hoc temperamen-
to pręditæ. Humiditatis uero uitio fœcunditatem
frustrari indicat, si in coitu humore admodum per
funduntur, & si iis fuerint tenuia copiosaq; men- Curatio
strua. Siccitas uteri contrariis planè deprehen- commu-
ditur notis. Communiter quidem ambobus con- nis.
gruit, & uiro & mulieri, uniuersum corpus conserua
re probè temperatum, laboris, cibi, balnei, & reliquo
rum omnium mediocritate. Viri igitur, qui ob de-
prauatam

res laborib.plurimis,sudorib.uomitu:uel per inferna purgatione absumere oportet,aliaq́; omnia quæ in Cap.de Suppressis mensib.commemorata sunt.

Curatio flatuum.

Iam uero flatus quoq; uteri conceptioné impediunt, quib.primo cibi parcitate medebimur:dein iis quæ flatus discutiunt,ut est cuminum,ruta:anethuz:apiī semen,& similia,quæ sępeiā cómemorata sunt: eaq́; partiz.potanda,partim extrinsecus adhibenda sunt.

Curatio clausi uteri.

Clausum uterum aperiemus iniectis clysterib.odoriferis,fomentisq́; & insessionib.ex fœnogręco,semine lini,malua,& id genus aliis.Postea ad ualidiora ꝓgemus,ut artemisiā:calaminthā pulegiū: & maioranam.

Curatio aperti uteri

Quibus os uteri nimium hiat:iis uictus aridus fomenta sicciora,medicamenta adstringentia, qualia in curatione humidioris intemperiei dicta sunt: conueniunt.

Curatio peruersionis.

Peruersiones uteri mollientib. fomentis dirigemus:id enim fomenta maximè possunt.Sz & molliētes pessuli utiliter supponentur. Castoreū ēt è posca bibitum utero auerso conferre solet.Quę hic desiderantur, ex aliis petendū Capitib.erit. nos enim hic Capita tantū rerum ꝑstringere uoluimus.

De difficili partu. Cap.LII.

Causæ.

Difficilis partus,aut uitio pariētis,aut fœtus aut secundarum:aut extrinsecus aduenientium accidit.Parturientis quidem,si crassa obesaq́; sit aut animo pusillo: & dolorum inexperta,aut uterus totus exiguus:aut inflammationem uteri, aut alterius partis habeat,aut alio quouis morbo laboret: aut naturaliter imbecillis sit, ut fœtum propellere nequeat:aut ante tempus pariat.Item si os ceruicis uteri obliquum fuerit,aut eidem caro aliqua ob ulcus quod pręcessit adnata sit. At fœtus uitio, si uel iuusitatę magnitudinis existat:uel exiguus: & modicę grauitatis,uel magni capitis,uel monstrosus: uerbi causa,biceps:uel mortuus,qui nihil opis parturiē

ti prę-

ri præstet, aut intumescat: uel uiuus quidem: sed imbecillis, ut foras non possit progredi, uel si gemini uel plures fuerint, & repente omnes simul collo uteri impingantur. uel si figuram naturę contrariaз obtineat. Naturalis siquidem figura fœtus prodeuntis est, prima quidem in caput: manib. super fœmoribus porrectis & extensis, & caput in neutram partem declinans: sed recta ad os uteri dirigens. proxima huic, ubi in pedes manibus super utroqз fœmore extensis recta defertur. Aliæ omnes præter has duas: à natura abhorrent. ut si caput in dextram aut sinistram uteri parteз inclinat: uel si altera, ant utraqз manus exeritur, cruraq́; interius a se inuicem diducuntur: aut si fœtus altero pede prodit, altero interius retēto: aut si duplicatus alicui uteri parti innititur. Ob secundas partus redditur difficilis, si aut nō auellatur ob crassitiem, aut priusq̄; opus sit propter tenuitatē abrumpatur. humore siquidem qui in utero collectus fuit uacuato, infans prę siccitate ægrè elabitur. Ab externis ēt causis difficultas oritur pariendi. aut frigore, quod uterum densat, & meatus angustiores reddit: aut calore immodico, qui uires dissoluit. Causę externę de parientis & assistentium sermonibus cognoscuntur. Debilitas quoqз parientis: ueluti etiaз pinguedo, ex habitu corporis deprehēditur. Ex morbis etiam pręcedentibus facile in imbecillitatis cognitionem ueniemus. Fœtus imbecillitas ex debili ac tarda motione cognoscitur. qui si mortuus fuerit, à motu prorsus cessat, uētris frigiditas adest, atqз dolor iuxta umbilicū grauis. spiritus exhalatur fœtidus, faciei color prauus. Magnitudo fœtus ex parētum corporis constitutiōe: ac uentris parientis mole coniicitur. Crassities secundę inde colligi pōt, q̄ pręd ictorum signorum nullum adsit, & parturiēs robusta facilisq́; fœtus motus sit. Ceterum obœsam mulierē in lectulo pronam, hoc est in caput propendētem.

Naturalis situs foetus prodeuntis.

Signa.

Curatio.

tem, & uultu in terram deiecto figurare oportet, flectentem inclinantemuè genua ad femora, quò uterus ad abdomen tendens, è directo oris sit. Digitis uero pinguedinibus, uerbi gratia butyro, oleo, axungia anatis, gallinę, & similium delinire os oportet, & sensim dilatare. Timidam uero hortari conuenit, inexpertem dolorum partus admonere expedit, ut ualidissime spiritum comprimat ac contineat, & ad ilia ualidiore conatu protrudat. si autem ex adstrictione, fœtusq; ueluti adarctatione pariendi oriatur difficultas, laxatione opitulandum, infundendo largiter oleum dulce & calidum. item decoctũ fœnigręci, aut maluę, aut seminis lini, aut etiam oua, q̃ leniendi facultate prędita sint. Deinde & pubem cum abdomine & lumbis prędicto decocto, aut alio relaxante medicamento fouere oportet. Proderit etiam insessionibus ex commemoratis rebus paratis uti. Insuper laxationes balneis aquarum dulciũ moliri oꝫ, nisi febris, aut alia quędam occasio impedierit: mouereq; parienté gestatione in sella, in aëre mediocriter calido. Quod si inflammatio, aut alius quispiam morbus uterũ infestauerit, huic etiam ex propriis capitibus succurrendum, ac prospiciendum erit. Imbecilla cum iis quę reficiunt, & robur addũt cibis & potibus refocillanda. Vbi infans pręmagnus fuerit, ea adhibenda quę dilatare & laxare os uteri possunt. Si uero pręter naturam figuratus fuerit, naturalem reddere figuram decet, partim pellendo, partim adducẽdo, partim flectendo, partim in rectum agendo. Et si manum pedemuè pręmiserit, non attrahere membro pręhensum oportet: magis enim firmatur ac impingitur, uel luxatur, uel abrumpitur: sed digitis humero uel coxę fœtus innixis, rursus id quod prominet in conuenientem locum diducere. Porro si cuꝫ oris uteri compressione, totius infantis indecora fuerit figura, sursum prius ipsum ab uteri ore, sublimem detrudere

trudere

trudere consilium est, deinde prehensum iterum ad os dirigere. Si autem gemini, aut terni, pluresuè fuerint, ac ceruicem uteri obsederint, reliquos propellere ad fundu; uteri oportet, & eum qui magis paratus uidebitur, prius educere. Verum si non procedat, quõ infans mortuus sit, aut caput nimis magnu;, uel aliã ob causam, ad fœtus extractionem seu sectionem, quam Græci ἐμβρυοελκίαν appellant, ueniendu; est. Eam autem copiosissime Aëtius lib. 16. cap. 23. & Paulus lib. 6. cap. 74. tradunt. Porro si fœtus tunica, seu secunda crassior fuerit, ac solidior quam ut rumpi possit, dissecanda erit. Quibus autem humor in tunicis contentus, ante congruum tempus effluxerit, ita ut loca exaruerint, ouorum albuminibus cũ malue, aut fœnigræci decocto excolato, aut ptisanæ cremore tepido perfundemus. Medicamentum uero quod in uniuersum omnes difficulter parientes iuuat, est hoc, quod ℞. Cinamomi electi. 3. 2. myrrhæ, casiæ ligneæ uocatæ añ. ℨ. i. succini albi. 3. 1. s. misce, fiat puluis, de quo in potu uini odoriferi det. drachma una. Porro fœtu excusso frequenter accidit, ut secunda in utero firmiter adherescat. quod ubi euenit, tum interdum os uteri apertum, interdum clausum reperitur, secundinaq; ipsa nõnunquã uteri fundo adhuc coniuncta, nõnunquam seiuncta est. Si itaq; os uteri diductum fuerit, & secunda quæ inibi relicta est alicui parti uteri orbiculatim ac pilæ modo conuoluta inhæserit, facile educitur. manu siquidem sinistra calida, pinguiq; illita in fundum demissa, secundam sublabentem extrahere oportet. Si autẽ fundo uteri sit connexa, demissa simili modo manu calida, & pingui inuncta apprehensam secundã trahemus: non tamen in rectum, ne uterus procidat: neq; uiolenter admodũ sed leniter ac placide primu; in obliquu; deducemus, huc atq; illuc circũagentes, deinde paulo ualidius attrahemus, hoc eni; pacto ob-

Puluis optimus ad difficultatẽ partus

Secundæ eductio.

ſequuntur, & à connexu ſoluuntur. Quod ſi uuluæ os clauſum fuerit, perfuſionib. utemur, & ſiniſtrę manus digitis leniter aperire & paulatim dilatare conabimur. Quod ſi non ſucceſſerit, mulieris pubi fomẽta perfuſiones, unguentaq́; emollientia & relaxantia adhibere conuenit. Si robuſta, fuerit eo tempore etiam ſternutamenta ex caſtorio, pipere, & ſimilib. confecta narib. admouenda ſunt. Hinc eſt quod Hippocrates. 5. aph. 49. ſic ſcriptum reliquerit: „ Vt ſecunda procidat, ſternutatorio appoſito, & nares „ apprehendito & os. Potiones deniq; aliquæ earum quæ menſes prouocant propinandæ. Quæ quidem omnia primo, aut altero die peragenda ſunt. præterea ſuffitu utendum, decoctis in olla artemiſia, iride, ſauina, pulegio, calamintha, & ſimilibus, olla ſellę ſuppoſita, cui mulier ueſtimentis undiquaq; circumſepta inſideat. Poſtea ſi os uteri apertum inuenerimus manu inſerta, ſecundam, ut diximus, extrahere conabimur. At ſi non obediat, dilaceranda non eſt. haud multis enim poſtea diebus putrefacta, & in ſaniem ſoluta excidet. Quia uero grauitate odoris & caput replet, & ſtomachum euertit, odoramenta iugiter ſuffienda ſunt, quæ poſſint his malis aduerſari, & ſecundam ſubducere. Ad quos uſus excellunt cardamomum, bdellium cum ſauina, thus, ſtyrax, ladanum, lignum aloes, & huiuſmodi. Iiſdem etiam, ea quæ menſes ducunt propinanda.

De iſchiadicis. Cap. LIII.

Iſchiadici ISchiadici, hoc eſt coxendicum dolore affecti, proprie dicuntur, quibus dolor circa iuncturam (quam Græci ἰσχίον, Latini coxam uocant) accidit. *Cauſa.* Fit ob craſſum pituitoſumq́; humorem, qui in coxarum articulo concretus inſidet. Ideoq́; hoc malu; aſſiduę cruditates, & immodicus rei ueneręę uſus aliquando etiam de ambulationes concitatiores, & hęmor

& hemorrhides suppressæ, & uomendi consuetudo intermissa, & purgationes menstruæ, aut etiam aliæ familiares excretiones impeditę, & exercitiorum neglectus cōciliant. Antecedit autem, & quasi auspicatur hoc uitium aliquando quidem uicinorum musculorum dolor, & maximè lumborum: aliquando uero ab ipsa coxa initium fit. Iam uero quandoq; etiā contingit, ut coxę dolore sublato, circa poplitem solum afflictio hęreat: aliis autem iuxta talum, quibusdam uero totum crus ęqualiter dolore afficitur. Multis item dolor circa inguina figitur. Initium igitur curationis fiat ab affligentis humoris euacuatione. Et si quidem humoribus ex ęquo redundarit corpos, prę omnibus uena secanda in poplite, aut talo interna, aut etiam cubito, Galeno lib. 10. de Compo. medica. secundum locos. Cap. 2. teste: idq; in latere affecto. Sin à pituitoso atque crasso humore malum oritur à purgatione eius humoris auspicanda curatio. in quem sanè usum clysteres crebri exhibendi erunt, in hunc uel similem modum parati. ℞. Centaurii minoris, saluiæ, uerbasculi odorati: rutę, iuæ arthriticę hodie officinis dictę, añ. M. 1. radicis acori. ℥. i. stœchadis. ʒ. iii. semi. anisi: se. fœniculi añ. ʒ. 2. s. agarici optimi. ʒ. 2. polypodii. ʒ. v. decoquātur in aq. iustę quantitatis, donec tertia pars absumpta fuerit. dein. ℞. colaturę. ℥. xiii. hierę piecrę. ℥. s. ecligmatis. Indi. ʒ. 1. s. oleorum liliorum alborum. ℥. ii. rutacei. ℥. 1. uitellos ouorum numero. 2. salis. ʒ. 1. s. misce, fiat enæma. Auxiliantur etiam uomitus ischiadicis, atque magis utiq; quàm euacuationes inferne per uentrem, ut qui reuellant deorsum repentem humorem. Faciendi itaq; sunt uomitus in principio ab accepto cibo, postea uero etiam per uomitoria medicamenta, initio facto à mediocribus. In quibus autem uehemens humorum coactio densatione, quæ ęgrè dissolui potest, à medicis intempestiuè

Signa.

Curatio.

Clyster

Vomitus.

Cucurbitę

acribus pharmacis utentibus facta est, his cucurbitu la quàm maxima cũ scarificatione affixa auxiliatur.

Adstringentibus medicamentis nõ utendum.

Cęterum medicamentis fluxum reprimentibus in co xendicum dolore non utemur. Quum in profundo coxa sita sit, sanguis ex uicinis & ambientibus uenis ac musculis ad illam impellitur. Mitigatoriis igitur in principio medicamentis opus est, in hoc dolore, quę neq; refrigerent multum, neq; fortiter calfaciant. Vt enim ea quę refrigerant, ad coxam impellunt: sic quę uehementer calefaciunt, aliam amplius materiã ex adiacentibus partibus attrahunt. Porro post uenę sectionem, aut per purgantia medicamenta uacuationem, ad acria medicamenta, non antè, ueniendũ est. Si enim quis prius quàm corpus euacuet acrib. medicamentis ad patientem particulam adhibeat, ęgre curabile malum reddet, utpote multitudine ibidem indissolubiliter condensata. prętet alia enim crassa & uiscosa fit, & ob acrium medicamentorum caliditatem & siccitatem non dissimile quippiam assationi perpetitur. Patientem igitur locum primum ex oleo rutaceo irrigare oportet. postea uero efficaciora admouenda medicamenta, quæ scilicet sensim calefaciant, & materias ex alto ad superficiem attrahere possint: qualia sunt, oleum uulpinum, de piperibus, costinum, unguentum arragon, marciaton, saluia, ruta folia, lauri, sambuci, radix ebuli, pulegiũ, sauina, opopanax, bdellium, ammoniacũ, & similia: ex quib. fomenta, unguenta, emplastra & cerata componi possunt. Quare primum spongia in decocto iuniperi, aut saluię, aut foliorum sambuci madefacta, loco patienti iterum atq; iterum imposita, hoc unguento subinde utendum erit, q℞. Vnguenti marciaton. ʒ. iii. oleorũ irini, liliacei añ. ℥. s. succi rutę, succi iuę hodie noĩatę añ. ʒ. ii s. mellis. ʒ. i. s. saluię pulegii, piperis añ. ʒ. s. pyrethri, staphysagrię añ. ʒ. i. cerę q̃õ sa tis est, fiat unguentum. Proderit etiam huius cerati

Acria quando adhibẽda.

Vnguentum.

usus,

...sus, ℞. oleorum costini, uulpini añ. ℥. i. s. olei de ...iperib. ℥. s. opopanacis, bdellii, styracis añ. ʒ. iii. radi...cis bryoniæ, nitri, foliorum sambuci añ. ʒ. ii. pistola...chiæ, (quam rotundam hodie nominant) rutæ añ. ʒ. ...i. s. euphorbii. ℈. i. gummi dissoluantur in acerrimo aceto, & cum cera & terebinthina resina quod satis est, fiat ceratum. quod si malum adhuc remoretur, clysteribus denuo utendum erit, & postea cucurbita quàm maxima cum plurima flamma coxæ affigenda, uulnusculis etiam altioribus per scarificationẽ impactis. Quod si uero neq; sic malum finitur, ad purgationem, uomitum, & alia quæ suprà dicta sunt redeundum est. His peractis, ad dropaces ueteribus nominatos, & ad medicamentorum adurentium usum ueniendum. inter quæ non postremum locũ obtinet, herbæ hiberidis radix recens, æstate effossa, & diligenter tusa, ac ueteri axungia modica excepta, iuncturæ coxæ, & uniuerso cruri imposita, & adalligata. Sic uero admotam incumbere finito, mulieribus quidem non infra duas horas, uiris autem quatuor horarum spacio, si possibile sit id perferre. Excitat enim tumores cum ardore & rubore, ueluti sinapismus facere solet. Pòst in balneum inducito ægrotantem: in quo ubi modicum exudauerit, in soliũ ob feruorẽ mordacius desidere iubeto, idq; fortiter perferre cogito (morsum enim cum ardore in principio inferre consueuit) deinde educito. ferè enim semper, ut testatur Aëtius, q̃uis ab aliis fuerint importati, sua sponte pedib. ingredientes exibunt. A balneo ad oleum multum, paucum admodũ uinum admisceto, & conquassata illinito: ac humore cum aspero panno deterso, crus ipsum cum leuissimis lanis cooperito. Et sanè consueuit hoc ipsum præsidium nullo alio inde auxilio indigere. Quod si tñ aliqñ uestigiũ mali relinquatur, uicenis dieb. interpositis, rursus eodẽ p̃sidio utaris. Interiectis aũt

Q iii diebus

Ceratum.

Adurentia medicamenta.

diebus, ceratũ suprà descriptũ imponi pōt. Inter adurentia medicaméta hoc etiã locũ non obtinet extremũ, q℞. Mellis anacardini, fermenti añ. ʒ. i. cantharidũ abiectis alis. ʒ. ii. aceti quod satis est, misce ⁊ hoc quod ℞. Euphorbii, nitri añ. ʒ. ii. saponis, calcis uiuę añ. ʒ. i. mellis anachardini q satis est ut ad mellis crassitudiné omnia cómixta redeant. Cęterum quod ad uictus rationem attinet, cibus sit mediocriter tenuis, ⁊ cócoctu facilis exercitia perficiantur deambulationibus, continuis flexionibus, saltationibus ⁊ cursu. Aluum etiam semper probe solutam habere expedit. Quod si uero uitium longius durauerit, ustionem in tribus aut quatuor locis adhibere oportet, ut docet Paulus Lib. 6. Cap. 76.

Victus

De podagra & arthritide. Cap. LIIII.

Podagra ⁊ arthritis mala eiusdem sunt specieī. Differunt itaq; non toto genere, sed locis patiētibus. In utroq; enim articulorum est imbecillitas, ⁊ humor à natura alienus ad hos ipsos confluēs. Quapropter si in pedibus constiterit hęc fluxio podagra appellatur. Si uero reliquos artus occupauerit, ἀρθρῖτις, id est articularis morbus nominatur. Generant autem hoc malum cruditates, immodicus rer uenereę usus, uehemens ⁊ concitatior deambulatio, stationes diutius productæ, equitatus creber familiares excretiones suppressę ⁊ consuetorum exercitiorũ intermissiones. mœrores autem, curę uigiliæ, ⁊ reliquę animi affectiones hoc malũ suscitant. Nonnũq; etiam colicus dolor perperā curatus causa est, cur arthritis sequatur: quéadmodũ testantur ea quę lib. sexto Epid. par. 4. aph. 3. scribit Hippocrates, inquiēs: Cuidã intestinũ colō, ubi articulari morbo corripie-
» batur, dolore ferè uacabat. Postq; uero ab eo sana-
» tus est morbo, plus doluit. Vt plurimũ uero aptitudi-
» nes ad hoc malũ à parentib. in filios ac posteros trāsferuntur

Podagra. Arthritis. Causa.

ferũtur. Sed humor ſuperãs, q iũcturis ſeſe inſerit, uel ſanguineus, uel bilioſus eſt, uel pituitoſus, uel melancholicus. Interdũ etiam ex humorũ cõmiſtione malũ contrahitur. Humorem autem diſcrimina iis deprehendi notis poſſunt. Sanguineus ſiquidem humor ſi multus fuerit, plenitudinem efficit, ꝛ tumorem ingẽtem, non uenarum modò, ſed totius partis patientis circa cutem, eumq; rubentem, Qui hoc modo patiũtur, neq; refrigerantia neq; calfactoria ualde pręſidia adhiberi ſuſtinent. Vrinæ eorũ fuluę ſunt, ꝛ mediocri prędite craſſitudine. Venę etiam in his copioſo ſuſcepto ſanguine replentur: ꝛ in tumorem attolluntur. Aetas uero apta, iuuentutis. Edulia pręceſſerunt boni ſucci, ꝛ copioſe nutriẽtia, neglectus exercitiorum. Tempus uero, in quo affliguntur, uer. Bilioſum defluxum color ſubflauus, ꝛ ſubrubeus teſtatur. Item caloris ſenſus, doloriſq; lancinantis modo acris. item humor in cutem ſubito ſine euidenti tumore erumpens. Refrigerantibus medicamentis ſic afflicti gaudent, ꝛ iuuantur: à calidis autem offenduntur. Febris in ipſo acceſſionum ſtatu accedit, ualidaq; ſiti conficit. Vrina ſic patientium ſubfulua, quandoq; etiam acris. Curæ autem ingẽtes, ꝛ iræ, ꝛ uigiliæ, ꝛ fatigationes, ꝛ in ſumma uictus ratio bilem procreans, præcedere ſolent. Aetas, temperamentum, ꝛ tempus, calida ꝛ ſicca ad eum defluxum apta ſunt. At ſi pituitoſa fuerit fluxio, ad digitorum appreſſionem cauus fit tumor, ꝛ ſublaxus ꝛ moderatus, ꝛ color dolentis membri albus. Aetas hoc modo magis afficitur ſenilis, temperamentnm humidum ꝛ frigidum, conſimilis ambientis ſtatus, ꝛ tempus hybernum. Vrina tenuis eſt, ꝛ aquoſa. pręcedit ocium, ꝛ uictus ratio, quæ pituitoſum humorem progignit. Si ex atra bile fit fluxus quod raro tamen contingit, color tumoris nigrior, eſt. Aetas quę magis hũc fluxũ generat, eſt uigore in-

Signa. Sanguines. defluxus. Billioſi. Pituitoſi. Atra bili influctio.

 clinante,

clinante, temperamentum frigidum & siccum, tempus autumni, regio frigida & sicca, aëris consimilis status, uictusq; atram bilem gignens. Quum igitur sanguinei humoris fuerit influxus, ꝓtinus sanguis mitti debet, non solum semel, sed iterum atq; iterum, detractione paulatim repetita. Si enim uenę sectione omissa repellentibus medicamentis fueris usus, magni mali autor eris. ex ignobilib. enim partibus ad principes, & uitę necessarias sanguis repulsus irruet. Secanda est aut uena in brachio interna, è directo cruris influxione infestati. Quod si uero manus dextra dolore infestetur, uenam in dextro crure secamus iuxta poplitē autem talos. Tū uero potissimum sanguinis missio tentanda erit, cum quempiam malum hoc primum inuadere cœpit. Qui enim sæpius huiuscemodi defluxione sunt conflictati, plus noxę quàm auxilii ex sanguinis detractione sentiunt, presertim si corpore sint imbecillo ac frigido. Post missionem sanguinis patienti particulę remedia adhibere oportet, quæ neq; ualde refrigerant, hæc enim humores cogunt, ac condensant: neq; immodicè calefaciunt, hęc si quidem caloris ratione ad partes patientes plus atttrahunt. Quapropter aceto ueteri cum rosaceo partem patientem rigare oportet, presertim si in alto hęrere dolorum causa uideatur. Etenim acetum propria sua tenuitate usq; in altum progressum, expeditam rosaceo uiā exhibet, ꝙ natura sua dolores lenire potest. Si in superficie dolor consistat, per uini & olei usum magnopere iuueris, æstate quidem tepidorum, hyeme uero calidorum. Deinde etiam cataplasmatis utendum, quæ dolores lenire possunt, ex farina fœnigræci, hordei, fabarum, lupinorum, chamæmelo, & similibus. Oportet autem ea omnino semper esse calida: quod commodè fieri potest, si assidue permutentur, & lana forinsecus contegantur. Non parum

Curatio. sanguinei.

Localia.

rum

rum proderit & hoc, quod ℞. Lactis caprini. ℥. vi. uitellos ouorum numero ii. olei rosacei. ℥. i. croci ℥. s. medullę panis quod satis est, ut medicamentum cataplasmatis formam accipiat. Hæc itaq; terantur donec uniantur, & unita tandem imponantur. Potest etiam fieri ceratum ex oleo rosaceo, aceto, resina, cera, galbano, ammoniaco, thure, croco, & similib. tale enim repulsoriam uim propter crocum & acetum obtinebit: concoctoriam uero, discussoriam, & moderatè resiccantem, rursus ob crocum, & aliorum commixtionem. Cæterum cibos eis exhibere oportet, qui extenuant, & minus nutriunt: quales sunt olera. Carne autem, nisi sit uolucrium montanarum, abstineant: piscibus perosis utantur. Vinum, si fieri potest, ex toto circumcidendum: nam hęc ferè una ratio est, qua sanitas consequi potest. Quam cum ex milibus uix unus sequatur, nihil mirum paucos admodum esse qui ab hoc morbo hodie liberentur. In uicem uini uti oportet decocto cinamomi, anisi, & similium: aut potione ea quę hodiernis temporibus Hippocras corrupta uoce nominatur, cuius pręparationem pete ex Cap. de Resolutione. A fructib. & uenere abstineant. Aluum etiam facile subeuntem habere oportet. Et si quidem officio suo sponte sua non fungatur, simpliciori aliquo clysteri eluatur. Quod si uero ob bilis influxum dolores excitentur, tum his communis scopus, humoris affligentis est euacuatio, quæ tum per uomitum, tum per uentrem fieri debet. Per medicamenta itaq; bilem ducentia confidenter purgandi sunt sic afflicti. dein usq; ad uigorem apponenda medicamenta, quib. refrigerandi & adstringendi facultas inest. qualia sunt quæ ex semperuiuo, rosis uiridib. rumice acuto, solano, plantagine, & similibus iam sæpe commemoratis apparantur. In hoc influxus genere interdum ob doloris uehementiam, iis quæ stu-

porem

Cataplasma.

Victus.

Cur pauci hodie à podagra liberentur.

Biliosi fluxus.

Stupefacientia. porem inducere possunt medicamentis utendū erit. In quem usum conuenit adhibere medicamentum quod supra descriptum est, ex lacte caprino, medulla panis, croco, & oui uitellis, cui seminis papaueris. ʒ.iii. aut. ʒ.iiii. aut opii. ʒ.i. admixta sit. Prosunt hac ratione cicutæ folia, & hyoscyami adhibita. Sed animaduertendum erit, ut quum in feruentibus dolorib. fuerimus ad stupefacientium usum coacti, postea refoueamus partes per ea quæ calefacere possunt. Nisi enim hoc fecerimus, debiles & in intemperatas redditas partes perpetuo fluori obnoxias reddemus, & quæ in actionibus facile offendentur. Calorifica uero sint origanum, satureia, sinapi, piper, & eiusmodi. Porro adiuuare etiam oportet sudorum exclusionem, corpus calefaciendo & fricando: ita tamen, ne patientes locos contingamus. Præbenda quoq; in potu ea quæ urinam cient. talia enim bilem per lotium euacuare consueuerūt. Soporem quoq; inducentia, quod fluores ab ipsis resiccentur: atque id maxime, si post corporis purgationem exhibeantur, conferre solent. Cibi iis

Victus. dandi refrigerantes, non tamen humectantes: humiditas enim auget fluxionem. Famem & inediam ne tolerent: nam bilem acriorem reddunt. Ex fructib. pomis adstringentibus & mespilis & aliis quę refrigerant, & simul fluxus cohibent utantur. A uino prorsus abstineant, ut priores. Qui ob pituitæ in-

Pituitosi fluxus. fluxum laborant, horum curationem à pituitæ euacuatione auspicanda. Euacuatur autem humor pituitosus per uomitus quidem, nihilominus tamen & per uentrē infernè. Vtilior uero in hoc malo per inferna purgatio, siue iuxta manus, siue iuxta pedes hæreat morbus: & multo magis, si iuxta omnes corporis articulos fluxus constiterit. familiarior enim pituitæ uia, & minus periculosa per intestina existit. Si enim in superiorē uentrem uiolenter attracta nō euacuetur,

cuetur, periculum inducit. Quapropter tutius est, ut ad infernam excretionem ducatur. Ante tamen purgantia medicamenta, ea quibus incidendi & extenuandi facultas inest, exhibenda, ut hac ratione ad purgationem crassi humores pręparentur. Si euacuatio per purgationes fieri non potest, tum inedia & fame utendum est ad plures dies. natura enim pituitosi eam bene tolerare possunt, iuxta hoc Hippocraticum: Corporibus carnes habentibus humidas, famem adhibere conuenit fames enim corpora siccat. Neque absurdum erit, si illi clysteribus, & medicamentis urinam cientibus uacuentur. Cæterum extrinsecus medicamenta quæ dolores leniunt, & quæ discutere & moderatè resiccare possunt adhibenda, de quib. paulo suprà diximus. His uero in morbi principio aliqua quæ adstringendi potentia prædita sunt, commiscere oportet. Post principium autem, solis discutientibus utendum. Mansuetissimum uero hoc est: Altheæ nimirum folia cocta, tritatum per se, tum cum polline, aut hordeacea farina imposita. Radix etiam cocta in aqua mulsa, trita, & imposita confert. Et hoc unguentum quod ℞. Olei laurini, irini añ. ℥. i. adipis suilli ueteris, butyri añ. ʒ. iii. medullæ ceruinæ. ʒ. ii. resinæ terebinthinæ. ʒ. v. galbani in aceto dissoluti. ʒ. i. hyssopi, radicis altheæ, semine fœnogræci añ. ʒ. ii. ceræ quod satis est, fiat unguentum. Porro quæ ratione nutrimenti præbentur edulia natura siccciora sint, & minus nutriant: ut est oryzæ succus, & eiusmodi. Carnes tñ auiũ montanarũ assæ haud incómodant. Cappares ex aceto mulso mirificè ꝓsunt. Vinũ ꝓbeatur quàm minimũ, tenue, fuluũ, & uetus. Qui atrę bilis fluxionibus molestãtur, hi uenę sectióe, aut purgatione sunt euacuãdi. uenę sectione, qñ sanguis atra bile infectus ẽ purgatione uero, qñ ad: atrã uergũt bilẽ ęgrotantes. Si uero ambo hęc simul redundarint,

7. Aph. 60.

Vnguentum.

Victus ratio.

Atræ bilis fluxionis.

non

non unum aliquid ex prędictis adhibere suffecerit, sed presecta uena, deinde purgante medicaméto utédum: quod ipsum & in aliis passionibus duplici euacuatione indigentibus erit faciendum, ut lib. 2. Paradoxorum abunde monstrauimus. In principio autem morbi, & in ipso uacuationis tempore, reprimentibus, & sensim simul calefacientibus utendum est. Post euacuationem uero his quę sensim calefacere, attenuare, & discutere possunt utemur, de quibus suprà abunde est dictum. Cęterum quoniam tophi & duri tumores subinde in articulis creantur, modo ob humorum qui ad eos decubuit crassitiem, terrestremq; duriciam, modo propter immodicum discutientium & resiccantum medicamentorum usũ, sine earum quę molliendi facultate pollent mistura. Ad quos certe depellendos ea quę in Cap. de Lienis duricie ducta sunt, conferunt. Item uetustissimus acerrimusq; caseus cum suillę carnis prępinguis & ueteris decocto contritus, & superiꝫ positus. Ad hoc malum conducunt etiam ficus triti, & impositi. Item althea bis cocta, auena, urtica, bryonię radix, bulbi, anethi, abrotoni, buphthalmi, marrubiiq; folia: ita ut singula prædicta cum pice, & sulphure uiuo permiſceantur. Admiscendi etiam adipes suillus, caprinus uitulinus, & anserinus. Medullę item omnes, & alia quę emolliendi ui prędita sunt. Balneum sanè ne silentio transeamus, post inflãmationum remissioneꝫ omnibus podagricis commodissimum existit. Dum lauant, spongię aceto & sale permixtis madefactę, locis patientibus circumponendę, ut à fluxione immunes permaneant. Lauare autem eos non semel tantum, sed iterum atqꝫ iterum in aëre per omnia moderato opꝫ. In aqua tamen calida non diutius morandũ. Consultissimũ itaqꝫ, ut aqua calida perfundantur. utile ẽt, ut totuꝫ corpus lintheis siccis ꝑfricetur. Pręterea curati à podagra, hac se rõne à podagra deinceps

Tophorũ Curatio

An balneum conducat podagricis.

Quomodo quis a podagra se tueatur

inceps tuebuntur. Si primum bis in anno, modo nihil sit quod idipsum prohibeat, sanguinem largè detraxerint, uere nimirum & autumno. Dein si iisdem temporibus, & crebrius etiam, medicamentis purgantibus usi fuerint. Cibis etiã ut demant, & à satietate sibi caueant necesse erit. Vtendum quoq; cibis concoctu facilibus, & qui prompte in partes corporis distribuantur, & excrementis uacant. Vino aut prorsus abstinendum, aut parcè utendum. Exercitiorum creber sit usus, idq; ante cibum. Labores enim, Hip- 6. Epid.
pocrate nostro teste, cibos precedere debent. Et ut Par.
rem in pauca contraham, hoc perpetuo secum mussi- 4 Aph. 28
tent Hippocratis, ut breuissimum, ita saluberrimum 6. Epid.
preceptum: ἄσκησις ὑγιῆς, ἀκορίη τροφῆς, ἀκονίη πόνων: Par.
hoc est: Sanitatis studium est, non satiari cibis, & im- 4 Aph. 20
pigrum esse ad labores. Somnus etiam & uenerea, ut idem docet, sint mediocria. Quod ad presidiorum partem attinet, sal minutim in oleo tritus, & articulis affrictus, omnes qui se ab hoc malo uindicare uolunt, magnificè iuuat: nisi preter mo- 6. Epid. 6
dũ sicca intemperie sint prediti. eoq; Par.
illitu & mane & uesperi per totũ Aph. 5.
uite curriculũ, utendũ est.

LIBRI TERTII FINIS.

LEONHARTI FVCHSII

DE MEDENDIS FEBRIBVS.

LIBER QVARTVS.

De Diaria. Cap. I.



IARIA Febris, Grecis ἐφημέρα dicitur, quod eius unica sit accessio, uno magna ex parte die, ex ipsius saltem natura, circumscripta. Nec ab re adiectum est, magna ex parte. sunt enim febres aliquæ ut sunt q̃ ex densatione meatuum oriũtur, q̃ etsi in tertium usq; diem extendantur, ut Cap. secundo latius dicemus, nihilominus tamen diarię nominantur. Quamuis enim de substantia ipsa talium febrium diariæ uocabulũ non sit, tamen clarioris simul breuiorisq; doctrinæ gratia, cum natura eadem his sit quę aliis diariis, nõ obstante quod nomen non sit idem, diarias etiã appellare licebit: ne scilicet pręter tria prima febriũ genera, quorum unum est in quo spiritus plus iusto incalescit, alterum in quo humor putrescit, & tertium in quo corpus & solidę eius partes febrilem calorem ut habitum susceperunt, quartum excogitare necesse sit, ut copiosius Gale. lib. 9. Ther. meth. Cap. 1. docet. Fit cum absq; ulla prorsus putredine spiritus pręter naturã incalescit atq; succenditur. Id quod fit ob densitatem cutis, uigiliam, cruditatem, tristitiã timorem, iram, curas animi uehementes, ustionem à sole, refrigerationem, lassitudinem, famem, ebrietatem, & inguinũ tumores. Signa uero quibus deprehenduntur diarię febres, duplicia sunt. q̃ enim com-

munia

Diaria febris quæ.

Tria prima febriũ

Causa.

Signa.

munia omnium diariarum, & hęc numero sex sunt. Primũ quidem pulsus. omnes enim diarię, Gal. lib. 3. de Prędictione ex pulsibus autore, in magnitudinem, celeritatem, crebritatemq́; pulsus, quantum in ipsis est, mutant. Exquisitè aũt seruant eam q̃ secundam naturã est ęqualitatem, molliciẽ, & ordinem. Alterũ, urina: prima siquidem statim die urina concocta apparet, & benè colorata. Tertium, caloris qualitas: quę in omnib. suauis & mitis existit. Quartũ, declinatio: quę in singulis cũ sudore, rore, aut omnino cũ aliquo optimo uapore accidit. Quintũ, defectus malignorũ symptomatũ. Sextũ, quia oẽs a causa extrinseca, (quã ꝑmitiuã uocant) oriuntur. Quæ singula copiosius recẽset Gal. lib. 1. ad Glauc. Cap. 2. Et lib. 1. de Diffe. feb. Cap. 7. necnon lib. 2. de Crisib. Cap. 13. Quędam etiam sunt signa quibus particulatim quęuis diaria dignoscitur, quę traduntur a Gale. lib. 1. de Diffe. feb. Cap. 11. & lib. 2. de Crisibus Cap. ulti. lib. 1. ad Glauc. Cap. 2. Quare consulto iis omnib. omissis, ad curandi generalem rõnem descendamus: quę primũ per uictus rationẽ perficitur, cuius quidẽ in omnib. diariis simpliciter appellatis cõmunis intentio est, ut cibi boni succi, & concoctu faciles, ac distributioni idonei prębeantur: ustis a sole qdem & iratis, qui refrigerent & humectent: refrigeratis, qui minus nutriunt, & moderate calefaciunt. uigiliis, aut tristitia, aut nimia cura ꝯfectis, qui humectãt, pariter ac somnũ ꝯciliant: defatigatis, qui maxime nutriunt. Cęterũ in qb. corporis intẽperies calidior & siccior est, hos in primo statim accessionis insultu cibare opꝫ. nisi enim quis hanc naturã statim cibet, ocyssime in ea diaria febris mutatur in acutam. Vinum omnib. diariis simpliciter nominatis aquosũ, album, & tenue cõuenit. nã pręter id qđ cõcoctionẽ iuuat, urinas ẽt & sudores ꝓuocat. Sed uigiliis, aut curis, aut tristitia maceratis uberius concedendum. Victus.

defati-

defatigatis, quantum conficere possunt. iratis tamē, nisi omnino ab affectu quieuerint, uinuz non tuto datur: ut fusius Galen. lib. 1. ad Glauc. cap. 3. docet.

Curatio

Porrò curare oportet omnes diarias simpliciter dictas balneis, sic tamen ut eos qui ob lassitudinē aut inguinum tumorē febricitant, prius dulci tepidoq; ac multo oleo suauiter perfricatos, ad dulciuz aquarum balneum ducamus. Si uero eos qui inguinum tumore febricitant, in aëre balnei immorari iusseris haudquaq̃ nocebis. Reliquos omnes q̃ citiss. oportet ab aëre semouere. Qui ob uigilias, curas, tristitiā atq; iram febricitant, eos quidem plurimum lauare subinde non oportet. ueruz oleo magis nihil adstrictionis habente affatim perfundendi, parceq; fricati pro consuetudine lauandi sunt. A solis ustione febricitantes, statim initio refrigeratione, & crebriori. balneis aquę dulcis, solaq; exigui olei perfusione citra frictionem curare oportet. Sint autem quæ refrigerant capiti admota, rosaceum quod salis expers sit, aliaq; eiusmodi quę lib. 1. Cap. 3. dicta sunt. Hęc autem frigefacta deinceps lana excipienda sunt, ac suspensa in sublimè manu exprimēdo syncipiti instillāda, idq; assiduè donec febris inclinauerit. postea in balneum ęger ducendus. Si quis ex frigore febriat, is quoq; ad balneuz in febris declinatione est ducendus, caputq; ante & post lotionē irino oleo aut nardino aut simili fouenduz. Qui ob famem febricitāt declinante accessione ad balneum ducendi sunt, plurimoq; oleo dulci ac tepente perfusi molliter perfricandi, diutiusq; in solii calidi aqua cōtinendi. egressis uires reficiendę, inde rursus ad balneū ducendi. Vbi denuo egressi fuerint, sedata balnei pturbatiōe aqua calida propinanda, tum ptisanę cremor exhibendus, & interdum ex albo iure pisces saxatiles. Si ob cruditatem febris diaria oritur, considerandum erit an aluus lubrica sit, an adstricta. ubi lubrica est,

& ea

& ea tantum quæ corrupta fuere, uacuata esse uidentur, tum lauandum tum nutriendum in remissione febris: sed iis quę sunt circa uentriculum prius consulentes. Sin ita multa inanitio aut prius facta sit, aut nunc etiam in homine duret, ut uirtus iam defessa sit, satius est omissa lauatione cibare, sed consulētes prius iis quę circa uentrem sunt. Consuletur autem laborantib. si modo uacuatio amplius non duret, irrigatione uētriculi ex oleo & absinthio, & aliis quę suprà lib. 3. Cap. 1. de Imbecillitate uentriculi dicta sunt. Sint autem ea quę uentriculo imponuntur abunde calentia: quippe quę tepida sunt, omnia uentriculi firmitudinem dissoluunt. Si uero omnino uēter adstringitur, contrectatis hypochondriis, mox toto uentre, considerandum nunc cibus in gracile intestinum, aut in colon descenderit. Si alimenta in uētriculo adhuc persistant, conetur ęger plurima tepida aqua epota, immisso digito aut penna, totum quod infestat euomere. deinde fouendo hypochondria quiescere. At ubi iam ad intestina alimentum descenderit, iubendum ut decliui facie ac uentriculo recumbant, uenterq; fouendus, ac somnus conciliandus. Post somnum ad educenda excrementa glans supponenda, aut leui clysteri aluus mouenda. Qui ex inguinum inflammatione febrem conceperunt, ne medicum quidem interrogant quid sit faciendum; sed ulceri tantum ob quod inflammatio euenerit intendentes, declinante exacerbatione lauantur. Arcendi uero à uino omnes qui sic febricitant, tenuisq; illis uictus quousque liberentur adhibendus. Hactenus quàm breuissimè potuimus febrium diariarium curationem prosecuti sumus: quam copiosius tradit Galen. libro octauo. Ther. meth. & in primo ad Glauconem.

Tepida uentriculi robur dissoluunt.

De diaria ex obstructione meatuum. Cap. II.

FEbris quę ex stipatione meatuū oritur, eiusdē naturę est cum diariis, Gal. lib. 9. Ter. meth. teste desistit enim post primā accessionem, si quis eā recte tractet: ideoq; inter uerè diarias non obstante quod eius accessio interdum ultra unum diem porrigatur, recte cōnumeratur. Dicitur alio nomine synochus citra putredinē, aut diaria plurium dierum, ut ex loco Galeni iam citato fit euidentissimū. Accidit autem stipatio uel obstructis exilib. meatib. uel

Causæ. conuenientib. uel ēt corpore ipso immoderatius dēsato, id q̄ à frigore, aut q̄litate uel balnei, uel medicamenti acerba & adstringente, sole feruente, & aliis quę cutim siccare possunt euenit. Quia uero propter stipationē intra corpus fumida fuliginosaq; excremēta detinentur plurima, foras autē quod de iis effluit exiguum est, fit ut febrem accendat. Deprehenditur

Signa. primū tactu: neq; enim densitas tactū exercitatū latere potest. Dein motu caloris, qui primo quidē insultu mitis apparet, postea tñ ubi pdurauerit acrior euadit. Tertio ex urina, quę neq; crassitudine, neq; colore a naturali multum est aliena. Quarto ex tumore corporis, qui manet, nec collabitur. oculi etiā non sunt concaui, sed prominenciores, & humidiores quàm secundū naturā. Quinto ex pulsu qui ęq̄lis maximus, celer, frequens, & uehemens existit. Qui

Curatio. ita laborant, si recte curabūtur, iis sanguinis missio est adhibenda, tantumq; sanguinis est detrahendum, quantū uires tolerant. Pro certo quoq; habendum (nisi iis qui hoc per naturā sunt habitu, id adhibeatur prę sidium) fore ut uel suffocentur, uel certe syncope omnino periclitentur. Corpore uacuato, post aut nutrimentum, aut medicamentum ex iis quæ detergeant, exhibebis. Quæ aūt hoc in febrib. pręstant in alimentorum ratione sunt ptisana & mulsa: in medica-

dicamentorum, oxymeli, ⁊ quęcunq; incoquere in mulsa licet, ceu calamintha, ⁊ hyssopum, ⁊ origanũ, ⁊ serpillũ: ⁊ iris: ⁊ apium. Verũ hęc omnia iusto calidiora sunt, ideoq; febres accendunt, ita utiq; ut uinum. Oxymeli uero solum nec febres accendit, ⁊ strenue deterget, sic ut ea quę glutinosa crassaq; sunt dissoluat, ⁊ meatus obstructos liberet. Tertio die mane si uideris minimũ esse quod de febri relinquitur, ac neq; putredinis humorũ in pulsu nota subsit, neq; in urina cruditatis: suspecta uero hora, qua primo die febris occupauit, extra meridie; sit ac pręterierit audacter homine; quàm ocyssimè lauabis, longe ante sextam horam. Abunde tamen sit, si intra tertiam horam lauationem cõpleueris. Ad eundem modu; si decima; horam suspectam habueris, usq; ad septima; laues licet, quu; tres æquinoctiales horas, quatuoruè inter balneũ accessionisq; tp̃s interponi, abũde sit satis. Vbi in balneo corpus icaluerit, oleo pus dulci tepido unctum, ac moderatis. frictũ mox detergeri extrinsecus abluiq; debet. Moderatis. autẽ detergent erui farina, tũ hordei, tum fabaru;. Post balneũ pręter aquam q̃ parum apii incoctu; in se habuerit, nihil his est offerendum. Licet quod inter balneũ ⁊ suspectas horas spacium erit, triũ ferè hora℞ cõiiciamus. Si uero circa uesperã aut duab. horis citius accessio inuadet, tu; lauisse mane licebit, tum cibasse, sed tm̃ ptisanę cremore. Deinde si suspectę horę nihil afferãt, ⁊ lauare rursus si uelit licet: ⁊ cibare. Sin aliquid eueniat, ⁊ conferendum id est cum accessione quę primo die inciderat, ⁊ tum urinę considerandę sunt, tum etiam pulsus. Quæ omnia profecto mediocria apparebunt, ubi exigua relinquitur obstructio. Quare ipsum ⁊ lauabis. 4. die: ⁊ cibabis: ad iam dictas considerationes spectans: sperabisq; nihil qn̄to die superuenturum. At si magna obstructio facta sit, ea febris ex diariarum genere non erit.

Detergentia, citra calefactionem.

De synocho cum putredine. Cap. III.

Synochus. Σύνοχος Græcis, febris est in qua una accessio ab initio ad finem perpetuò manens, in multos porrigitur dies. uel est, quæ omni mutatione magna usq; ad iudicium caret. Latinis potest dici *Continens febris.* continens. Huius autem febris duplex est natura. quędam nanq; notam putredinis prorsus nullam habet, & hęc ex diariarũ febrium est genere, ut diximus Cap. prox. & synochus non putrida uocatur: de ea hic nobis sermo non erit. quędam autem manifestam obtinet putredinis notam: hęc est, de qua hic agitur, & *Differentiæ tres Synochorum.* dicitur synochus putrida. Febrium uero quę synochi seu continentes dicuntur, tres sunt differẽtię. nã quædam earum à principio usq; ad finem ęquali magnitudine perdurant, & dicuntur grecè ὁμότονοι καὶ ἀκ- *Acmastici.* μαστικοί, hoc est in eodem uigore permanentes. quędam semper augentur, & adiiciunt exiguum aliquid, *Epacmasticos.* Græci ἀναβατικοὺς καὶ ἐπακμαστικοὺς, id est in crementum sucipientes nominant. quædam paulatim diminuuntur, *Paracmasticos.* παρακμαστικοὺς Græci uocant: hoc est decrescentes, quemadmodum fusius tradit Gal. li. 9. The. meth. & lib. 2. de Diff. feb. Cap. 2. & lib. 2. de Crisib. *Causæ.* Cap. 6. Putrida synochus fit ab iisdem causis, à quib. non putrida, nempe à uehementi stipatione quę intra corpus febrilem calorem cohibet, & efficit ut in omnib. uasis, ac potiss. maximis ęquabiliter humores putrescant. quę cunq; enim calida & humida sũt, difficileq; trãspirationẽ habẽt, ea facile quoq; putrescũt. Hinc est quod hoc genus febris nec in gracilib. uel *Qui synochis maxime corripiantur.* q raro sunt corporis habitu, nec in frigido corporis tẽperamẽto, nec in frigida ętate excitetur: sed ętate & tẽperamẽto calidis: ac precipuè si & carnosus, & bono ac multo sanguine affluens, & denso corpore ęger sit, aut etiam calidis excrementis refertus. Ex his itaq; constat, quod sanguis qui in uniuersis uasis, presertim maxi-

maximis circa alas & inguina existentib. ęquabiliter exuberans putrescit, synochi putridę causa existat. Qui ita febricitāt, iis & pulsus maximus est, uehemēs, celer, creber, & æqualis, haud secus ac in synocho nō putrida, & uehemens. constitutio etiam arterię nec durior quàm pro natura est, nec mollior: celeritatis tamen & frequentię eò peruenit, quò febris ipsa magnitudinis. Atq; hęc quidem (ut diximus) ambarum communia. alteri uero de qua nunc agimus priuatim putredinis insunt notę, idq; tum in urina, tum pulsu, tum caloris nigrata qualitate. Curandi ratio ut in syncopa non putrida, à sanguinis missione auspicanda. Et ualida existente uirtute, nulloq; alio insigniter repugnante, sanguis usque ad animi deliquium auferendus. Maximum enim hoc, Galen. lib. 9. Ther. metho. autore, ubi ualentes uires sunt, synochi febris remedium est. Primum namq; in cōtrariū statum agitur corpus, celerrimè ex animi defectu refrigeratum. Hoc uero nemo inuenire potest, neq; qp ipsis ęgris neq; quod naturę quę animantes gubernat, iucūdius utilius uè sit. Postmodum in eiusmodi corporib. necessario superuenit alui deiectio, nōnūq; etiam bilis uomitio. quas res statim à toto corpore sudores excipiunt. Quod si uero curare aliquando ęgrotum cogeris, cui non solum antea secandæ uenæ remedium prætermissum est, sed nunc quoq; uel per medicorum ignorantiam, uel ipsius laborantis propinquorumq; eius timiditatem, procedente tēpore mittere sanguinem prohiberis, ad frigidā exhibendam accedes: sed diligenter antè discernens, quātum ex ea nocumentum contingere possit. Nam si id aut exiguum erit, aut nullum, offerenda potui est q̄ prorsus sit gelida, quantum bibere ęgro libet. Quinimo magis id audebis, si frigidę potioni insueuerit. Sin magnum timetur incommodum, ab hac quidē abstinendum, atq; aliis auxiliis quib. obstructio eximatur,

Curatio

Sanguinis missio.

Quando frigida adhibēda.

Frigida quibus incōmodat.

matur, & abundantia uacuetur, & febris feruor defere bat, utēdū. Quę singula è suis locis tibi petēda erūt. Porrò incōmoda q̄ frigidā potionē intēpestiuè, imo diceq; exhibitā sequūtur, hęc sunt. Primū, quia lentos crassosq; humores, siue obstructiones, siue putredinē, siue phlegmonē, siue erysipelas, aut scirrhū, aut œdema creauerint, attenuari digeriq; ꝓhibet. Quoties igitur ex iis febris accēditur, ad eorū uacuationē frigida data non cōducit. Ad pręsens tñ non parū adfert leuamē, propterea quod iā accensā febrē extinguit: uerum quū causa eius adhuc permaneat, aliā denuo accendi febrē est necesse, atq; ea quæ pręcessit nonnunquam difficiliorem: propterea quod densatum ex frigida corpus est. Alterum incōmodum est, quod multas laborantis imbecillas particulas, siue ita se ex naturali intemperie habeat siue ex uitio adscititio, lędit. Sic cōpertū est aliis gulā adeò uehemēter esse lęsam, ut uix deglutirent. Aliis uentriculū, ut uix cōcoquerent. Aliis ipsum uētriculi os, aut iecur, aut colon, aut pulmo, aut septum transuersum, aut renes aut uesica, aut tale quippiam aliud à frigido ꝑcussum, ad propriam actionem infirmum est redditū. Nonnulli autem ex intempestiua immodicaq; eius potione non multo interposito tēpore, nec postmodum, sed illico difficultate spirandi, & conuulsione, & tremore correpti sunt, ac toto (ut semel dicā) neruoso genere lęsi. Vt itaq; in pauca rem cōtrahamus quibuscūq; in principe particula tumor aliqs phlegmonodes, aut œdematodes, aut scirrhus constiterit, iis frigidam offerre non oportet: sed nec iis quibus obstructio putridusuè humor non concoctus incōmodat. Quod si uero euidentes percipis absq; iā dictis tumoribus cōcoctionis notas, neq; pars aliqua temperamento adeò frigido fuerit prædita, ut in hāc noxā procumbat, audacter frigidam dabis. quippe solidarum animalis partiū natura roborata, prętenua-

tis iam humoribus opponitur: ita ut qui utiles sint, atq; ad nutriendum habiles, hos quidem ad se trahat inutiles uel per uentrem, uel per cutim eiiciat. Quod si etiam frigidæ assuetus ęger fuerit, maiori cum fiducia frigidam exhibebis, ipsa scilicet experientia iā edoctus omnia uiscera eius occursum familiariter tolerare. Omnino nanq; si quod frigidum adeò esset, ut ab hac offenderetur, per sanitatis id tempus euidenter offensam suam ostendisset. Ex iis perspicuū sit, continentium febrium maxima remedia esse hęc duo, sanguinis detractionē, & potionem frigidā. Verū illa nullo nō tempore, modò uires sustineant: hęc quū & in pulsu, & urinis coctionis euidentes cernuntur notę, febris aūt est maxima. Victus ratio hęc potissimum sit. His quibus secta est uena, post duas à sectione horas ptisanę cremorem exhibebis, quietéq; imperabis. Vbi à somnio excitati fuerint, rursus ptisanę cremor prębendus. In hac uictus ratione usque ad tertium diem persistendum. Animaduertendum tamen in synochis febribus tum alendos esse ęgros, quo tempore sani consueuerant, & ubi maius leuamen sentiunt: ita eni alimentū facilius ferent. Quod si uires robustę fuerint, & uigor morbi statim expectetur, tenuissimo uictu, & eo qui iam dictus est utendum erit: sin contrà uires imbecillę fuerint, haud sine ingenti dispendio uictus tenuis exhibetur. ergo in cibis offerendis uirium robur diligenter perpendendum. Hęc de curatione febris continentis putridę sufficiant, plura si desideras, nemo desiderio tuo rectius satisfaciet pręter Galenum, qui lib. 9. Teraph. methodi hāc ex professo & copiosissime docuit.

Epilogus curationis.

Victus ratio.

De continuis febribus. Cap. IIII.

Continuæ febres sunt quæ non desinunt ad infebricitationē, remissionem tamē in singulis accessionibus habent. Differunt igitur à synochis,

Continua febris quid.

chis, quod scilicet hę nullam prorsus feruoris remissionem obtineant, unicaq; illis sit accessio, quę ab

Causæ. initio ad finem usque perpetuo manet. Fiunt propter humores qui intra uasa putrescunt: hacq; ratione ab intermittentibus differunt, in quibus humores eas excitantes per singulas corporis partes disperguntur, quo fit ut delationis impetu ipsæ per se ipsas

Signa. expurgentur. Nullum certius inditium febrium cōtinuarum est, quàm quod nulla illarū ad infebricitationē perueniat, donec ex integro desierint. Atq; à synochis facile discernuntur per remissionem, quā in

Differentię tres febrium cōtinuarum. singulis accessionibus obtinent. Sunt autē febrium cōtinuarum tres differentię, quę iuxta humoris in uenis putrescentis diuersitatem procreantur. Si enī flaua bilis putrescat intra uasa, tertiana cōtinua, quę alio nomine καῦσος Gręcis, ardens uero latinis nominatur. Si pituita, quotidia cōtinua ueluti si atra bilis, quartana cōtīua nascitur. unde liquet, cōtinuas febres idem habere genus cū intermittentibus. cū tertiana quidem exquisita, exquisita ardens: cū quotidiana uero ea quę quotidie quidē facit accessionē, sed nunquam desinit ad infebricitationē. Cū quartana illa quę quouis die inuadit, sine ulla intermissione. Porro quum continuæ febres ex putridarum

Curatio. sint genere, necesse erit ut qui illas curare uolet, putredinem inhibeat. Ita duæ statim se indicationes exhibent, quarū altera à febri, altera uero à putredine sumitur. Atq; à febri rursus duę, scilicet ut portio febris quæ iam accensa est, percuretur: quę uero in generatione est, inhibeatur. Alięq; duę à putredine, ut & quod putredinis iam factū est, sanemus, & quod in generatione adhuc est, sistamus. Porro quod in generatione est, id perspiratio impedita facit. Ita ab hac quoq; alię duę indicationes nascētur, tum ut quod retentū est uacuetur, tū quod retinendū est prohibeatur. Sanè prohibebitur iis præsidiis, quę obstructioni me-

ni medentur. Huius rursus obstructionis quod iã occupauit, sanãdũ est: quod futurũ est, propulsandum. At curabitur quidem obstructionis quod iam factũ est, per ea quę obstructa liberãt. propulsabitur quod futurum est, si affluxum obstruentium succorum cõpescamus. unde satis liquet, quod ultimũ in ipsa resolutiua methodo est inuentum, id primum omniũ in curatione est peragendum. Quum itaq; particulatim rem expendentibus, quinq; sint in febribus continuis à quibus indicationes colliguntur, febris nimirum, putredo, perspiratio impedita, obstructio, humorum destruentium copia, à postremo curandi ratio auspicanda erit. Copia itaq; humorũ requirente uacuationem, principio, si ualida fuerit uirtus, tempus & ętas, atq; alia consentiant, sanguinem mittere oportet. Vacuata multitudine ad alterius, puta obstructionis, curationem accedendũ, medicamẽtisq; iis quæ obstructiones tollere possunt utendum. Verum quoniam horum pleraq; calida sunt, metus est ne tũ putredinem, tum febrem augeant. Itaque iis q̃ citra calorem liberare ab obstructionibus ualeant, utemur. Qualia uero hęc sint diximus suprà, capite nimirum secundo huius libri. Vbi autẽ q̃ obstruunt detersa dissectaq; sunt, per aluum, urinas, & sudorem ea uacuare tentandum. Quũ uero materię quę hęc efficiant etiam calidæ sint, necesse est interea tum putredinem tum febrem augeri. Quare quoad licet, id agendũ, ut quę minus calefaciat materia deligatur. aut si qua inueuiri potest quę non calefaciat, quẽadmodum in hoc casu balneum, utiq; ea petẽda est. balneum uero id posse Galenus lib. tertio de tuenda ualetudine iis uerbis docet: Dulcium calefactarũ aquarum, sit tepidiores sint, uis humida & frigida est. Et paulo pòst: Balneũ si probè adhibeas, duras tensasq; partes emollit, excrementum, putreq; si quod intus ad cutem hęret, euocat. His itaq; peractis, & detersis iis quæ

Venæ sectio.

quæ cuti impacta fuerunt, atq; adeò obstructione ac impedita perspiratione amota, ad putredinis curationem ueniendum est. Hoc itaq; tempore etiam uires roborare, quo & putredinem superent, & succos concoquant, studebimus. Putredinem etiam sanabimus, si id quod iam corruptum est, omni ratione uacuabimus, quod reliquum est, moderatis motibus & refrigerante perspiratu, ad exactam mediocritatem reducemus, ac uacuationem eorum per urinam, deiectiones, uomitum, ac sudores moliemur. Vltimo ad febris curationem progrediendum, quę quidem per refrigerãtia fieri solet. Omnis.n.febris, qua febris est, humectatio refrigeratioq; remedia sunt. Quẽadmodũ aũt horũ quodq; recte fieri debeat, partim antea dictũ est, partim etiã in sequentibus cõmemorabitur.

De ardente febre. Cap. V.

Ardens febris. Causa. ARdens febris est, quę Græcis (ut suprà quoque dictum est) καῦσος uocatur. Estq; ex genere continuarum. Fit, quando flaua bilis in uenis putrescit atq; adeo cum tertiana intermittente, eo quod ab eodem procreetur humore, cõmunicat. Differt autem, quod in hac per totum corpus bilis defertur, in ardente autem febræ flauę bilis humor in nasis unà cum sanguine cõtinetur. atq; ob eam etiam causam in adurente febre singulæ accessiones ad infebricitationem non perueniunt. Quando uero in iis bilis etiam uehementius agitatur, & à natura inualescente compellitur, tunc rigor superuenit, & febris soluitur.

4. Aph. 18. Id quod Hippocrates in Aphorismis iis innuere uerbis uoluit. A febre ardẽte habito rigore superueniẽte, fit solutio. Dignoscitur uero iis notis. Lingua eo-

Signa. rum qui hac febre affliguntur, arida fit crassa, aspera, & nigra: uentriculi erosio, sitis intolerabilis, uigiliæ, nonnunquam etiam delirium eosdem infestat. Deiectiones etiam pallidæ sunt. Quod ad curandi ratio-

Curatio nem

nem attinet, prima febre ardente laborantium præsidia sunt, ut decumbāt in frigido loco ad suauem auram exposito, à qua purus difflетur aër, culcitra etiā molli, quę frequenter sternenda est. Stragula tenuissima sint, ⁊ minime sordida. quæ assidue mutentur, habeatq; lectus insignem latitudinem, ut ad diuersas subinde partes membra calefacta transferri commode queant. Tum aër ignauior flabello excitetur, pectus ac stomachus foueantur palmulis cum rosaceo, aut oleo cotoneorum tritis. Conueniunt ⁊ alia refrigerātia medicaméta, ut sunt palmites, intybum polygonum, plantago, ramenta cucurbitę, lactuca, oxalis, folia uitis, ⁊ similia. Sudariolum quoq; tenue cōplicatum, oleoq; ⁊ aqua calentibus madefactum, stomacho ⁊ pectori applicetur: id enim febrium ardorē mirum in modum sedat. lana quoq; quantum manu capitur aq̄ ⁊ oleo rosaceo calefactis imbibita è sublimi in pectus expressa, feruoris uehementiam facile obtundit. Hęc autem calida esse oportet. nam tepida membrorum uigorem exoluunt. Nec frustra in ardētissimis febribus etiam acetum admiscebis. Cibi offerendi sunt, quibus refrigerandi ⁊ humectandi uis inest: qualis est lactuca, cucurbita, cremor ptisanæ, ⁊ similes. Potus sit decoctum cinamomi, aut omphacium: ⁊ si asueuerit æger, post cibum frigidam deglutiēdam dato, quantum est cochleare unum aut duo. Vel cū decocto hordei misceantur iuleb. ut uocant, uiolarū, rosarū, ⁊ iis similia. succo pręterea solarū rosarum stomachū recreabis: atq; alias refrigeratiōes machinaberis, uirentibus uitis, rosarum, nymphææ, uiolarū foliis ⁊ floribus, solum sternendo, ⁊ aquam frigidam sæpius irrigando, riuulosq; aquarum moliendo, quę ex propinquo suauiter instrepant. Inter initia uero statim, si ætas tempus, uirtus, ⁊ alia eiusmodi permiserint, uenam incidere oportet, ut ex Capite precedente etiam satis liquet. Epithemata uero ⁊ reliqua

Tepida mēbrorū uigorem exoluunt.

Venæ sectio.

Epithemata quo tēpore adhibenda.

idē Ætius lib. 5. cap.

⁊ reliqua refrigerantia in principiis ⁊ incremētis accessionum non sunt admouenda: hoc enim tempore corporis affectus adhuc ambigit, ⁊ calor uiscera obsidet: quapropter adhibita calorem in profundū repellendo, maioris nocumenti occasionem prestāt: igneus enim calor intus repressus, uehementiori rursus ardore excitatur: sed in uigore, calore iam per uniuersum corpus explicato, tum enim residuum caloris pręter naturam circa uiscera derelictum, promptè extinguetur. Hinc ęgri melius spirare incipiunt, ⁊ leuiori siti infestantur. Quidam etiam rorido efflāte uapore deliniri, somnum capessunt. Sint autē epithemata eiusmodi, quę ℞. succi rosarum, lactucę an. ℥.iii.s. succi intybi domestici. ℥.ii.s. aceti optimi. ℥.i.s. santalorum omnium an. ʒ.i. caphurę gr.iiii. misce, fiat epithema. Porro instante totius morbi uigore, ⁊ nullo eorū quę dicta sunt Cap. 3. prohibente, dāda syncera frigida. In curatione siquidem febrium ardentium horum alterum fieri necessarium est, si perfecte morbus solui debet: aut bilosos humores excerni, aut eosdem extingui. Excernuntur itaq; per uenę sectionem, sudores, uomitiones, ⁊ aluū. Extinguuntur autē frigidę potu, quo ardentissimę febres non raro ex toto curantur. Cęterum balneū his solum usui est, qui citra tumorē inflammationi aut erysipelati consimilem, ardenti febre laborāt, in urinisq; apparuerint coctiōis signa. Aeger qui lauacro frigido uti uult, sit iuuenis, carnosus, tēps quoq; ęstiuum ac constitutio anni calida ⁊ sicca, nec eo utat̄ nisi in febris uigore: idq; maxime faciat, si frigidę lotioni assueuerit. Moderatiori uero existēte febre, robustaq; uirtute, simul cū coctionis notis, conferunt dulcis tpatęq; aquę balnea: hęc.n. refrigerant ⁊ humectant, ut diximus. Exunctionibus chamęmelinū oleū ēt, si ɔtinens aēr frigidus sit, ɔuenit. Māę ex q̄ remedia ardētiū feb. cōponūt̄, copiā, ex seq. petes ca.

Epithemata.

Aqua frigida quādo danda

Balneum.

De

De exquisita tertiana intermittente. Cap. VI.

Tertiana quidem febris intermittens exquisita est, quę ex flaua bile per sensiles corporis ptes delata oritur, ⁊ sui ipsius naturaȝ puram atqȝ synceram seruat, ⁊ dignoscitur iis notis. In biliosio ribus natura corporibus consistit. ⁊ uigenti ętate, tẽpore ęstiuo, ⁊ calidis ⁊ siccis regionibus, similiq; aẽris constitutione, uita etiam laboribus, uigiliis, curis, ac solis feruori addicta. Ad hęc in eo quoqȝ facile tertiana exquisita accenditur, qui cibis ac potionibus calidis ⁊ siccis antea usus est. Hęc etiam statim ab initio inq; singulis accessionibus rigorem uehementem affert: qua una ratione ab ardente febre, ut antea commemoratum est, differt. A quartanę uero rigore in hoc distat, quod corpus pungere, ac ueluti ulcerare uideatur: cum quartana refrigerationem habeat simi limam ei quę hyberno tempore sentitur. Tertianam itaqȝ febrem non contingit fieri sine rigore uehementi, pungẽte ac uulnerante carnẽ. Quartana uero, neqȝ primo die statim cum rigore inuadit uehementi, nam progrediente ipsa atqȝ aucta, una etiam rigor augetur: sensusq; ęgrotantium non est quasi eorum qui punguntur, sed potius qui refrigerantur, ⁊ ueluti ad ossa usqȝ molestantur. Est quoqȝ in tertianis pulsuum exactus ordo ⁊ ęqualitas, qui tamen ad uehementiam, magnitudineȝ, ⁊ frequentiam in accessionum incremento excitantur. Prętereá ⁊ sitim in uigore inuehit, ac hominẽ exurit ut abiectis uestibus ęger denudetur, ampleq; ⁊ freqñter spiret, exuffletq; ueluti flammam, frigidamq; potãdam flagitet. Calor ęqualiter subinde per totuȝ corpus extenditur, nihiloq; magis thorax quàm extrema calent. Et si manum injeceris, occurrit primũ plurimus ac mordax calor, ⁊ cuȝ aliquo ueluti uapore elatus, non multo tamẽ postea à manu euincitur. Et iam

Causa. Tertiana exquisita. Signa.

Quartanæ rigor quo distet a rigore tertianæ.

iam bibendi tempus adest ægrotanti. Vbi uero potione fuerit recreatus: statim copia uaporis calidi per cutem emergit: sudoris nuncia. Bilis etiam uomitio superuenit: aluusq; soluitur: & biliosum mingunt. Preterea ad integritatem infebricitationemuè desinit: ubi accessionis tempus horarum non plurium duodecim expedierit. Nam hoc tempus longissimũ est in in ueris tertianis. Quæ singula fusius explicat Gale. lib. 2. de Crisib. Cap. 3. Tertianam autem exquisitã quę ex flaua bile cõmota inualescat quàm maxime fieri potest: refrigerare ac humectare oportet. is enim humor inter omnes q in corpore sunt, calidiorq; sicciorq; existet, Aeger itaq; decumbat in loco frigido ad auram suauem, ut Cap. 5. etiam dictum est, exposito. Solum etiam spargatur frequenter aqua frigida, aqua stillaticia rosarũ, uiolarum, & similium. Humi etiam sternantur folia salicum, uitis, flores rosarum, uiolarum, nenupharis ac eiusmodi. Cibis utantur ægri, quib. humectandi & refrigerãdi facultas inest. Ex oleribus quidem attriplici, blito, malua, lactuca, cucurbita: lapatho: intybis, & similibus. Ex aliis uero ptisanę succo & piscibus saxatilibus. Ex uolatilibus, quę mollibus pstãt carnibus. Quę uero talia non sunt, eorum alis: testiculis quoq; gallorum, suillisq; pedibus, & cerebro. Porcellorum etiam si dederis carnem liquefactam, nihil nocebis. Sed & oua ad sorbendum sunt offerenda, præsertim uitelli eorum: nam hi facilius quàm pars alba concoquuntur. Ex fructibus permittendum, ut illos degustent qui non omnino ad concoquendum difficiles sunt. Abstinendum autem à melle, sinapi, salitis, omnibusq; acribus. A uino uero, antequam morbus concoquatur, omnino arcendus ęger. Interim bibat decoctum cinamomi, aut hordei, aut hoc quod ℞. Zulapii uiolacei. ℥. iiii. decoctionis cinamomi lib. 1. misce, fiat potio. Cæterum ubi concoqui cœperit morbus, dandum est ab initio uinum

Tertianæ exquisitæ Curatio.

Potus.

num tenue,aquosum: & paucum: ubi uero iam prope est ut morbus soluatur,amplius est offerendum. Quod ad somni rationem attinet,in accessiõe non est dormiendũ,sed uigilandu potius,ut sanguinis,spiritus & caloris naturalis ad interiora motio impediatur, atq; adeo in contrarium & ad exteriora retrahatur. alias enim febres uix dissoluuntur,& ad consistendi tempus tardissimè perueniunt,fluxionesq; multiplicantur. Finita accessione somnus non improbatur. Exercitia & omnes uehementiores motiones cauendæ,ne cum Herodico,cuius Hippocrates meminit,ęgrotantes interimamus. Animi perturbationes: ira potissimũ: timor: mœsticia: & similes: fugiendę. Non solum uero prędicta uictus ratione,sed medicamentis etiam refrigerare & humectare conuenit. Quapropter hęc aut consimilis potio haurienda erit,quę ℞. florum uiolarum,boraginis rosarum an. M. i. florũ nympheę. M. s. intybi hortensis utriusq3 (endiuiam & scariolã hodie uocãt) lactucę utriusq3 anã. M. i. s. passularum purgatarum. ℥. i. prunorum damascenoru3, anã. nume. xi. seminu3 intyborum,lactucę,portulacæ cucurbitę anã. ʒ. iii. radicum cichorii. ʒ. vi. Decoquantur singula in duabus libris aquę fontanę,donec tertia pars cõsumpta fuerit. dein colentur,& colatus humor saccharo dulcescat,& cum oui candido clarificetur,atq3 adiiciantur syrupi de intybo domestico latifolio,3ulapii uiolacei anã. ℥. ii. s. fiatq; potio. Aut si potio ęgrotãti displicet,detur hoc ecligma, quod ℞. Cõseruę uiolarũ,boraginis rosarũ: nympheę,cichorii anã. ℥. s. diaprunorũ non solutorũ. ʒ. vii. diarrhodon abbatis. ℥. i. Specierũ diatria santalorũ. ʒ. ii. cum 3ulapio uiolaceo quod satis est,fiat ecligma. Non negligẽda pręterea biliosi humoris,si res ita exigat,uacuatio: s3 eũ sanè qui ad stomachũ cõfluit,per uomitum educere op3. Qua uero ratione sit ciendus,in supioribus libris est annotatũ. Eu3 aũt q ad inferiora repit, alui

In accessione non dormiendum.

Decoctum alterans.

Ecligma.

Euacuatio

alui deiectionibus elicere oportet: hoc quidem & spõte fieri solet in tertiana exquisita. Aluus itaq; mollientibus clysteribus exinanienda est: qualis est qui

Clyster.

℞. Maluę utriusque, herbę uiolarum, Mercurialis, intybi domestici, angusti folii, hoc est scariolę, añ. M. i. seminum portulacę, melonum añ. ʒ. 2. s. Decoquantur in aqua iustę quantitatis, quoad tertia pars absumpta fuerit. Colaturę adiiciatur casię fistularis recens extractę. ℥. i. olei uiolacei. ℥. iii. salis communis. ʒ. i. s. misce, fiat clyster. Per urinam quoq; & sudores diuertere oportet. Vrina igitur potionibus, in quibus apium aut anethum maduerunt, prouocãda. Et si coctionis notę apparebunt, iam tuto absynthium dabis: quod alioquin summum est uentriculi remedium ubi bilis hunc infestauerit, si pręsertim ex ipsius coma quantum sufficiat accipiens, melicrato intinxeris. Sudorem uero hoc uel consimili medicamento euocabis, quod ℞. Radicum apii, asparagi, cichorii, añ. ℥. s. seminum oreoselini, fœniculi, rusci, smyrnii añ. ʒ. ii. cicerum nigrorum. ʒ. iii. anethi. M. s. Decoquantur singula in aqua fontana iustę magnitudinis, colentur subinde, & colatus humor saccharo dulcescat, & adiiciantur oxymelitis compositi. ℥. ii. & fiat potio. Aut singula iam dicta redacta in puluerem exhibeantur, qualibet uice. ʒ. i. aut. ʒ. i. s. cum oxymelitis. ℥. iii. Idipsum uero in declinatione accessionis, aut die qua ęger à febre liber est, faciendum erit. In hunc usum proderit inunctio ex oleo chamęmelino, & anethino, ac similibus. Balnea quoq; calida ex aqua potabili prosunt, tum quia aliquid bilis educunt, tum ẽt quia sua qualitate plurimũ iuuant. Nam huiuscemodi balnea humectant, & potẽtia refrigerant. Marinę autem aquę, & salsę, nitrosę, aq́ sulphureę, plus quidem bilis educunt: sed multo minus quàm potabiles prosunt. Pręstat uero neq; ipsas utiles dicere, quandoquidem plus qualitate nocent, quàm euacuatiõibus

Absynthium.

Sudorem prouocãs

Balneum.

bus iuuent. Semper autem oportet contrarias quali tates illis quę pręter naturam inualuerunt oppone re: quum hoc multo plus iuuet, quam quomodo libet euacuare. Hęc igitur in balneis intẽtio sit, ut cor pus madeat ⁊ humectetur: atque idcirco neque nitrum, neque salem, neque sinapim inspergere oportet. at plurimum oleo calido perfusos ęgros ad aquam perducere, ac madefacere. Et si in ea natare uoluerint, quamdiu potuerint, permittendum. At qui balneis admodum delectantur, si etiam bis in die lauari permiseris, non aberrabis, ut Galenus perspicuę libro primo ad Glauconem Capi. 9. docet. Verum illud semper in memoria habeto, ut id in tempore faciant. Si uero signa iam coctionis ostendantur, tunc etiam si sępius laueris, nihil deliqueris.

Contrariæ qualitates illis quæ præter naturam op poenndæ.

De tertiana notha. Cap. VII.

Tertiana notha fit, quando bilis maxima ex parte pituitę miscetur. Hinc est quod non singula signa, ut in exquisita, purę bilis naturaȝ prę se ferant. In ea etiam accessionis tempus duodecim horas excedit: neque etiam, ut exquisita, septenis circuitibus iudicatur. Tardius denique in hac ipsa spuria tertiana coctionis notę apparent, neque tantus etiam in uigore calor. Accedit quod non finiatur, ut exquisita sudoris copia. Victus ratio non sit in uniuersum in hac febre, quę refrigeret atque humectet: sed aliquid quoqȝ assumat ꝙ calefaciat ⁊ incidat. pręiacet enim crassior, neque adeo calida bilis. Plurimum igitur ea laborantes iuuat ptisanæ cremor, adiecto piperis modico, uel hyssopi, uel origani. Sorbitiones etiam concoctu faciles dandæ sunt. Porro cũ accessionis tempus longius sit, atqȝ adeo integrum diem duret, non sane quotidie, sed alternis tantum diebus cibum exhibere oportet. hac eniȝ ratione ne morbus augeatur cauebimus. Verum curandum

Causa. Signa.

Victus.

randum etiam unice, ne ęgrotantis uires, quæ lōgiori tempore debent laborare, prosternantur. Quapp difficile admodum est seruare utrunq;. quoniā inedię quantum prosunt, ad morbi coctionem, tm̄, uel plus officiunt uiribus: cibi uero quantum ęgroti robur adaugent, tantum coctiones impediunt. Quare inedia quidem, ubi ualētiores fuerint uires, & morbus cōcoctu difficilis fuerit, utendū. largiori uero cibo, ubi uires sint imbecilliores, neq; morbus concoctu cōtumax. Potus sit decoctu; cinamomi, aut hordei, in quod (ut dictū est) aliquid hyssopi aut origani iniectū sit. Quies etiam conducit. Quod ad curandi rationē; attinet, si sanguinē mittere opus est, neq; hoc omittendum, sed ab initio statim adhibita ętatis, temporis, regionis, habitus corporis, & similium distinctione: tantumq; sanguinis detrahendum, quātum pręsens exigit status. Clysteres quoq; non admodum molles iuuant, qualis est qui ℞. Malue, mercurialis, foliorum uiolarum, origani, hyssopi añ. M. i. cartami p. ii. coquantur singula in aqua iustę quātitatis. colaturæ adiiciantur benedictę laxatiuę uocatę, hierę picrę añ. ʒ. iii. mellis rosacei. ʒ. vi. oleorum uiolacei, chamæmelini añ. ℥. i. s. salis communis. ʒ. ii. fiat clyster. Cęterum danda etiam decocta, quibus ea insunt quę citra plurimam calefactionem & exiccationem incidere & urinam ciere possunt. cuiusmodi est id, quod ℞. Radicum apii, fœniculi, cichorii añ. ℥. i. intybi domestici utriusq;, origani, hyssopi añ. M. i. lactucæ. M. i. s. seminum quatuor frigidorum communium añ. ʒ. i. seminū fœniculi, apii añ. ʒ. i. s. Decoquantur in aquę lib. ii. donec tertia pars absumpta fuerit. Colatus humor dulcescat saccharo sufficienti, & oui albuminibus purificetur, ac subinde adiiciatur sirupi acetosi simplicis, mellis rosacei colati oxymelitis simplicis añ. ℥. i. s. & fiat potio. Posthęc ea quę uentrē; placide subducunt sunt exhibenda, ut dilutum

Curatio.

Venæ sectio.

Clyster

Decoctu;

Purgatio.

tum rhabarbari, ecligma de psilio, indi appellatū: & alia eiusmodi, quę bilē cum pituita educere possūt, qualia multa in superioribus libris sunt annotata. Post septimū diem iugiter decoctū comæ absynthii dandum est. Multos quoq; iuuit oxymeli se solo potum. Vomitus aūt à cibo adeo iis quibus hęc feb. pdurauerit utilis est: ut multi, Galeno lib. 1. Methodi medendi ad Glauc. teste, hoc uno pręsidio statim fuerint curati. Hipochondria quoq; calidis fouenda sunt medicamentis, ut scz flatus, qui ea distendunt, discutiantur. Conuenit uero hoc potissimū fomentum, quod ℞. Florū chamęmeli, meliloti, anethi. M. i. absynthii. M. s. rosarum rub. p. i. seminum fœnigręci, lini an. ℥. iii. Buliant singula in aqua sufficienti, donec tertia pars cōsumatur. Dein spōgia in hac madefacta, hypochondria foueantur. Poterit etiā uentriculus hoc aut simili unguento inungi, quod ℞. Olei mastichini, rosacei, chamęmelini an. ℥. iii. Pulueris charyophyllorum. ℥. i. s. cerę quantum satis est, fiat unguentum. Cęterum in tertianis non exquisitis, neq; statim circa initia balneare expedit, sz quum primum notæ coctionis apparuerint.

Vomitus.

Fomentū.

Vnguentum.

Balneum.

De quartana. *Cap.* VIII.

Signa.

Causa.

ALterū genus febriū intermittētiū est exqsita qrtana, q ex solo atrę bilis hūore putrescēte gnat. Hęc qdē nō primo statī die cū rigore inuadit uehementi, sz talis est qualis iis q uehemēti gelu frigescūt. Progrediente autem ipsa atque aucta, unam etiam rigor augetur, inualescitq; quotidie usque ad totius morbi incrementum, sensusq; eius non pungentis stimulantisuè cutem, sicut in tertiana, sed uehementem algorem inducentis, & tanquam ossa frangentis est. Pulsus in ea satis tardi sunt ac rari. Caloris motus, incrementum & uigor tertianis febribus contraria sunt. In ea enim humor paulatim ueluti lapis aliquis

aut testa, aut os, aut tale aliquod huiuscemodi corpus frigidum & siccum succenditur. Vbi uero aliqua ex eo flamma fuerit accensa, nihil fumidum, aut à se incombustum in accessione relinquit. Atque idcirco in hoc humore longiores sunt cessationes, quàm in pituita, atque intermissio exquisitè pura uidetur: quoniam hic quicquid atræ bilis fuerit accēsum, exhauritur, atque dispergitur. Bilis prçterea flauæ uomitus quartanam non comitatur. Vrinę, tanquam per crassiorem materiam excolatæ, sunt tenues, albæ, & aquosæ. Adhęc in autumno potissimū incipit, erraticis superueniens febribus. Cęterum inspicienda & laborantis natura seu temperamentum, uictus ratio quæ antecessit, regio, ętas & alia eiusmodi. Si enim frigida & sicca fuerint, tunc certius quartanam futuram sperabimus, potissimum ubi eo tempore quartanę febres populariter uagabuntur.

Curatio

Porro quod ad curandi rationem attinet, quartana laborantes initio moderatè & leniter tractandi sunt, neq; ullo forti medicamento, aut euacuatione irritandi:

Venæ sectio.

nisi forte sanguis uehementer exuperare uideatur, tū enim sanguis auferendus. Et si uena incisa, defluens sanguis niger ac crassior fuerit, audacius mittendus est. Quod si uero flauus aut tenuis apparuerit, statim suprimendus. Venam uero secare oportet lienarem uocatam, aut quę est in sinistro cubito, mediam.

Victus ratio.

Victum instituere conuenit optimum, eum nimirum qui minime flatuosus sit. A suillis itaque carnibus arcendi sunt ægri, atque ab omnibus eduliis quæ uiscida ac tenacia sunt, & tardum habent exitum, atque ab omnibus quę refrigerant & exiccant corpus. Vtendum uero est uolatilibus montanis, quę boni succi sunt, & non in paludibus degunt. piscibus etiā qui molli⁹ carne tenacitate carente prędití sunt. Salsa etiam, & sinapi in cibo, ut incidantur & extenuentur humores, adhibenda sunt. Vino utendū est albo ac te

nui

nui, & mediocriter calido. A frictionibus autem & de ambulationibus, & aliis hominum consuetis studiis, non sunt penitus prohibendi. A balneis tamē si possunt, omnino abstineant, frictionibus dūtaxat adhibitis. Et si breuis, nec admodum uiolenta quartanæ accessio fuerit, nihil nocebit si diebus inter accessionem mediis ad consueta exercitia se transferant. Cęterū clysteribus quoq; utēdū, à principio quidē mollibus postmodū uero acrioribus. Molles ex pręcedēte Capite petes. paulo acrior hic est, q ℞. Maluę. chamęmeli, mercurialis, foliorū uiolarum añ. M. ℨ. i. folliculorum senę, polypodii añ. ʒ. v. hæmionitidis M. i. s. Decoquantur in aqua iustę quantitatis. colati humoris accipe lib. i. & adiice casię fistularis. ℥. i. ecligmatis diasenæ. ℥. s. olei cōmunis. ℥. iii. mellis rosacei. ℥. s. salis gēmę nominati. ʒ. i. fiat clyster. certis ēt diebus dandum medicamē quod diatrium pipereō uocatur. Imò recte fecerint ęgrotantes, si quotidie piper cum aqua biberint, Galeno lib. 1. ad Glauconem autore. Hęc quidē in principio & augmēto potissimū sunt faciēda. si uero in uigore morbi ęgrotus esse uideatur, tūc tenuiorē uictus rationē adhibere cōuenit, quàm ante uel postea. statim uero pręcipiendū, ut in longū tēpus quiescat, ac uisceribus prouidendū unguendo, illinendoq; his quę mollire ac laxare possunt, qualia sunt quę ex farina hordeacea, semine apii, iride, cumino, ruta, & iis similibus cōponuntur. Inter cętera uero hypochondriū sinistrū hoc unguento erit ungendū, quod ℞. olei de capparibus. ʒ. iii. oleorū irini amygdalarū dulcium añ. ʒ. ii. Seminis apii, cumini, radicis iridis añ. ℨ. i. cerę quod satis est, fiat unguētum. Post hęc utendū medicamētis quę ciendi urinā uim obtinent. In quē sanè usum mulsa propinăda, in qua anethū, aut ruta, aut apiū decoctū fit. Mox si coctionis notę apparuerint, purgandū medicamentis, quæ atrā bilem euacuăt; idq; nō semel tātum, sed sępius, si

Clysteres.

Vnguentum.

Vrinam cientia.

fuerit necessariũ. Qualibus aũt medicamẽtis purgantibus utendũ sit, libro primo in Cap. de Melancholia expositũ est. Laudat tñ præter alia Aëtius, uinũ dulce infusũ in colocynthidis cauitatẽ, sic tñ ut illi admisceatur quidpiam apii, aut dauci, iucunditatis gratia. Vtendũ quoq; uomitu à cibo. Et si nihil prohibuerit, elleborus albus est exhibẽdus, primũ quidẽ permixtus raphanis: ut in superioribus ostensum est libris. quod si nihil fecerit, elleborus ipse. Quod si qspiã ab elleboro abhorruerit, hoc aut simili uti poterit, quod ℞. succi raphani. ℥. iiii. oxymelitis simplicis ℥. ii. misce, ac tepidũ bibẽdũ exhibe. Qui uero nequeunt euomere, hi p inferiora purgãdi. A purgatione dãdũ medicamẽtũ è uiperis, qđ theriacã uocant: aut illi facultate simile. Quicũq; inter morbi initia, aut omnino ante uigorẽ, aliquod ex iis medicamẽ exhibent, q̃rtanã quę simplex erat, sæpius duplicẽ faciũt, aut oĩno maiorẽ difficilioreq́;. Ex duplici aũt triplicẽ, uel prorsus ambas maiores difficilioresq́; reddũt.

Vomitus. *Theriaca.*

De quotidiana. Cap. IX.

QVotidiana febris intermittens ex pituitæ putredine, per sentientes corporis partes à natura detrusa, ortum habet. Dicitur Amphimerina Græcis, qđ amborũ diei scilicet & noctis particeps sit. singulis. n. diebus accessiones facit, q̃ ad infebricitationẽ ac integritatẽ nõ desinũt, occupantq́; ferè decẽ & octo horarũ spaciũ. His uero potissimũ signis dignoscitur. Haudquaquã cũ rig ore primo statim die inuadit, sed progressu temporis refrigeratio potius quàm rigor occupat. Pulsus, quũ primũ accessio fit, ordinatus est, & inęqualis, tardus, paruus ac debilis. Neq; uero in augmẽto motus uelocitas, magnitudo, atq; uehemẽtia quotidianis adsunt. Calor nõ tã acris ac uehemẽs, ut in tertiana: neq;. n. adurit ęgros, neq; multũ & crebro spirare cõpellit, ac ueluti flãmã ex ore

Causa. *Signa.*

ex ore efflare, uel frigidã expetere: sed humidus ac fumosus cũ multo uapore cõmixtus. Aegrè quoq; acceditur, ac lõgũ cõsumit tẽpus, dũ inualescẽdo peruenit ad sũmũ. Minime deniq; q sic febricitãt, sitiũt: ꝓ nõ dũtaxat lingua, imò totũ corpus in hac febre humidissimũ fit. Vrinæ in quotidianis uel albę, tenues & aquosę: uel crassę, aut turbulentę. Nullus omnino sudor in primis diebus erumpit, neq; unquã exacta febriendi quies attingitur. Vomitus etiã pituitosi iis accidunt & quę per aluum excernuntur, frigidiora & humidiora, crudiora, aquosiora, & pituitosiora sunt. Vniuersum quoq; corpus in hisce febribus plenum crudis humoribus inuenitur. Cęterũ quotidiana febris humidas pituitosasuè naturas maxime infestat. Hyemis quoq; tẽpore, humida & frigida cõstitutiõe, senili, ætate, & puerili, his deniq; qui ocio plurimo dediti sunt, crapulis, ebrietatibus, balneis, assiduis, post cibũ pręsertim utuntur, quotidiana febris facile accidit. Quę singula indicia Galenus fusius lib. 1. ad Glauconem Cap. 7. & lib. 2. de Diffe. feb. cap. 4. atq; li. 2. de Crisibus ca. 5. prosequitur. Victus ratio in hac febre in uniuersum sit incisoria, ideoq; ad ea Capita recurrendũ erit, in quib. qualis sit ista uictus species, à nobis in superiorib. libris sępe traditũ est. Primis quidẽ diebus aluus clysteribus, mollientibus eluẽda est. Dein oxymelite utendũ, & aliis quę urinã elicere possunt. Cõueniẽt igitur decocta ex radice apii, oreoselini, iridis, fœniculi, & similibus antea sępissime cõmemoratis, cum syrupis acido cõposito, melle rosaceo, de duabus radicibus, & aliis quibus incidendi & extenuandi facultas inest. Circa statũ uero de uentriculo est habenda sollicitudo, præsertim de eius ore. Quare ante cibũ hoc utendũ unguento, qd ℞. Oleorũ mastichini, absinthini, nardini añ. ℥. ii. s. mastiches, garyophyllorũ, ligni aloës añ. ℨ. s. cinamomi. ℨ. i. cũ cera qd satis ẽ: fiat unguẽtũ, quo uẽtriculus inũgat.

Victus ratio.

Vnguentum.

Vomitus. Deinceps iubendum est, ut ęgri à raphano ⁊ cibis assumptis uomant. His ẽt utendũ medicamẽtis, quæ pituitã subducũt: qualia multa in pręcedẽtibus libris cõmemorauimus. Hęc pro curatione febris quotidianę, quę raro admodũ accidit: sufficiant. Nam quæ hic desiderãtur, in pręcedẽtibus abunde docuimus.

De hectica febre. Cap. X.

Hectica quid. HEctica febris appellatur, qñ calor pręter naturã non solũ in spiritibus, ⁊ humoribus, sed iam in partibus etiã solidis consistit. *Hectica cur dicta.* Hectica uero dicitur, uel quod firma ac fixa sit, ac difficulter soluatur, quemadmodũ habitus: uel quoniam habitum corporis comprehendat. *Habitus corporis.* Sic enim uocare cõsueuerunt, solidas partes humidis distinguẽtes. *Causa.* Hecticę aũt febres duplici modo generãtur. primum magna quidem ex parte ex ardentibus febribus, quę tm̃ protrahuntur, ut lõgitudine temporis humorem in corpore cordis contentum absumant: uel fieri potest, ut eius adhuc magna portio reseruetur. Illę uero non tm̃ hecticę sunt, sed etiã μαϱασμώδεις, hoc est, tabidę. Quę aũt manente adhuc humanitate generantur, ubi corpus cordis occupauerint, hinc maxime accẽduntur, haud secus quàm lucernę flãma ex ellychnio. Atq; hęc una quidem febrium hecticarũ generatio. reliqua est quũ statim inuaserint, similem primum sui ortum diariis facientes, aut ex mœrore, aut ira, aut lassitudine nimia, unà cum solis feruore natę. Hasce igitur febres non est admodũ difficile curare. Atq; ex ipsis in tabem marcorẽue, qui Gręcis dicitur μαϱασμός, ex inscitia medicorum peruenerunt, *μαϱασμός.* ubi iam exquisitè consistunt, ⁊ non adhuc incipiunt, has non modò curare difficile, imò etiam impossibile. Earum enim naturã calida ⁊ sicca est, ut tale aliquid patiatur cor quale lucernę funiculus, quũ plurimũ perustus fuerit. Nam qui ita torrefactus est, frãgitur ⁊ dissoluitur, atq; ex ari-

ariditate continuitatem amittit adeò ut etiã si copio sum oleũ superinfundas, flamma abundantior non possit accendi. Semper enim parua & imbecilla in ipsa palpitat, ac continue fit minor, donec ex toto extinguatur. Talis quidẽ est febris quæ omnino μαρασμώδης, hoc est tabida existit. Hectica uero quæ in marasmũ icidit, cognitu prõptissima atq; facillima existit. Nã priusquã pulsũ atq; calorẽ tactu perpẽdas, uidebis oculos immodice cõcauos: ueluti quibusdam quasi scrobibus recõditos, exhausta iã uniuersa in ipsis humida substãtia, ita ut ossium quibus palpebrę cohęrent eminentię cõspiciantur. Sordes quidẽ in ipsis aridę apparent, & quidã squalidus affectus, qualis maxime inest his qui toto die sub solis ardore iter lõgũ per puluerẽ fecerunt. Flos etiam ille uitalis periit, cutisq; in fronte arida distensaq; est. Palpebrę frequenter ueluti somnolentę conuiuent. Verũ passio eorũ somnus nõ est, sed potius uigilandi impotentia. Contabuere quoq; carnes quę in temporibus sunt, ut collapsa uideantur, & concaua loca. Quid enim aliud pręter ossa & cutem solam habent? nam si denudatum uentrem inspexeris, neq; intestinum, neq; uiscus ullum superesse tibi uidebitur. Hypochondria sursum ad thoracẽ cõuelluntur. Quod si eos tangere libeat, cutis quidẽ apprime arida est: quam si digitis apprehẽdens extenderis, instar corii cuiusdã cõsistit. Pulsus tenuis, durus, debilis, & frequens. Caliditas quum primum manus admouetur debilis est, paulo pòst acris & rodens erumpit: & magis, quum amplius tangendo immoraberis. Maxima quoq; erit hęc & minime anceps nota: adhibito cibo, calor incẽditur, pulsusq; magnitudine ac uelocitate intenditur. Tandiu autẽ hectica febris dicetur, quandiu natiua humiditas reseruatur. Vbi uero ambigitur, ne nihil amplius humoris susperfit, absoluta iam tabes est. Hecticas uero febres priusquã ad tabem deueniant, omni conatu refrige-

Signa.

Curatio

frigeramus. Sũma itaq; curationis in refrigerãdo ac humectãdo collocatur, tã his quę extrà admouẽtur, quàm iis q̃ intra sumũtur. Aẽr igitur inspiratus frigidus sit & humidus. Et si natura talis nõ sit, arte paretur, ut dictũ est suprà Ca. 6. de Curatione tertianę. Cibis utendũ iisdẽ uiribus prędítis: ptisanæ nimirũ cremore, pane modico in aqua frigida macerato: carnibus hœdi, phasianorũ, uolucriũ montanarũ, testiculis gallorũ, carnibus caponũ ouis sorbilibus, caseo recẽti salis experte. piscibus petrosis, lactuca, intybis, cucurbita, spanachia, malua, & similibus. Cerasis, prunis, malis, punicis melonibus, ficubus, & eiusmodi. lac ẽt mirifice iis ꝓdest, mõ alia febris ab humorũ putredine orta nõ cõplicetur. Quę uero ad huius exquisitã exhibtionẽ sunt necessaria, ut alia multa huic instituto cõueniẽtia, tradit Galenus lib. 7. Ther. meth. Potus sit aq̃ frigida moderate sumpta, aut decoctum cinamomi, aut uinũ aquosũ, tenue. Cõuenit deniq; hecticis sępius die cibũ accipere, ut nimirũ hac ratione caueãt, ne una uice magnã ciborũ copiã ingerãt. Motũ immodicũ, & quicquid uires resoluere potest, deuitent. Cęterũ medicamẽta purgantia illis qui hectica febre laborãt non sunt propinãda. Sed si aluus plus ęquo adstricta fuerit, leuib. ac alterantib. clysteribus, adiecta casia fistulari, hanc abluere oportet. Intra corpus exhibẽda medicamẽta refrigerãtia ac humectãtia: qualia inter cõposita hodie usitata sunt, syrupi uiolaceus, de nymphęa, de intybo domestico, acetosus, & similes. Itẽ cõfectiones diarhodõ abbatis, diatragacãthę frigidę, diapapaueris, similesq;. Ex simplicibus succi lactucę, portulacæ, intybi, & papaueris.

Balnea. Inter ea uero q̃ extrinsecus admouẽtur, balnea huic morbo obnoxiis quouis tẽpore idonea sunt. balnea quidẽ aquarũ dulciũ: ad quę sanè ęgrotus in lectulo, aut sindone deportetur. Aquã uero tẽperatissimã essę oportet; in qua etiã moderate cõmorãdũ, ne sci-

licet

licet quippiã è propria humiditate hauriatur. tantũ abest ut in ea sudare debeat. Sũt quin in aqua decoquẽdas herbas aliquot esse putẽt: uiolas nempe, maluas, lactucas, flores nympheę, & iis similes. Nonnulli itẽ pedes uitulinos, & capita agnina, quoad ossa carnibus separentur. Cauendũ etiã, ne perfundatur caput. Vbi itaq; satis iam in balneo cõmoratus fuerit, mox hinc eductus, in frigidam semel totus tingatur, ne uel breuissimo quidem spacio illic moratus. Hectica siquidem febricitantes, qui ad balneum accedunt, Galeno lib. 10. Ther. meth. teste, nisi in frigidam sint dimissi, nihil iuuantur. Protinus autem ubi extractus fuerit, alter paratam habens sindonem ipsi iniciat, ac deinde aliam. tum in lectulo collocatus, primum spongiis detergeatur, deinde mollibus linteis. nec committent qui eum detergebunt, ut uiolentius eum contrectent, sed quoad fieri potest blandissimè. Quid multa? eam sanè curam, si fieri potest, omnino in balnei usu adhibeant, quam Galen. loco iam citato requirit. Post hęc quidem oleis frigidis, & aliis humectandi facultate præditis inungendus erit. Inter cętera uero hoc conuenit, quod ℞. Oleorum uiolacei. ℥.s. de cucurbita. ʒ.iii. butyri recentis salis experti, pinguedinis porcinę. ʒ.i.s. misce, fiat linimentum, ut uocant. Vel adiiciantur muscositatis tragacanthę. ʒ.ii. medullę cruris uitulini. ʒ. iii. cerę quod satis est, & fiat unguentum. Valet etiam oleum nympheę, de papauere, & rosaceum, quod Galeno lib. 3. de Simpl. med. facul. Cap. 16. arentia corpora mirificè humectare potest. Vbi unctus fuerit, tum uestibus amictus rursus super lectulo, aut sindone in locum ubi cibatur reducent & nutrient. Proderit etiam cor atq; iecur epithematis refrigerare & humectare: qualia sunt hęc, quę ℞. Aquę stillaticię uiolarum, nympheę, lactucę añ. ℥. iii. aceti optimi. ℥.s. rosarum rub. santalorum omnium añ. ʒ. i. specierum diamar-

Linimenta.

Epithema.

cap. x. in fine

diamargariton.ʒ.s. caphurę gr.iii. croci.ʒ. s. misce, fiat epithema, quod cordi adhibeatur frigidũ. Aliud quod ℞. Aquę stillaticię, intybi domestici, rosarum an.℥.iiii. lactucę.℥.ii. aceti.℥.i. specierum diarhodon abbatis.ʒ.i.s. rasurę eboris.ʒ.s. caphurę.ʒ.s. misce, fiat epithema, quod iecori admoueatur. Conferunt hecticis etiam medicamenta quę odore suo refrigerãt & humectant, ut sunt flores nymphęę, caphura, uiolę, rosę: & similia. Plura etiam ad institutum facientia reperiet studiosus in Cap. de Phthisi seu tabe. Et certe in hectices curatiõe unice studendũ, ut corpus nõ solum per ea quę intra corpus sumuntur refrigeremus & humectemus: uerumetiam per ea quę extrinsecus admouentur, olei potissimum inunctionem. Quantum enim hoc ipsum foris adhibitum ad corporis ac uirium conseruationem conducat, celebri Pollionis Romuli exemplo docemur. Hunc enim cẽtesimum iam annum excedentem. Plinio lib.22. Capi.24. teste, quum Diuus Augustus hospes interrogaret, qua nam ratione maximè uigorem illum animi corporisq; custodisset, ille respondit: Intus mulso, foris oleo. Hęc quidem ad recte curandas febres sufficiunt. pręclare enim officio nostro defunctos nos esse putamus, quod methodum quam breuissimè potuimus indicauerimus. Remedia auté parcissimè attigimus, quòd ea nullo labore medicinæ non prorsus rudes, ex superioribus libris tribus, si plura desiderant, petere possint.

Pollio Romulus.

LIBRI QVARTI ET VLTIMI FINIS.

HIPPOCRATIS COI DE MEDICAMENTIS PVRGATORIIS libellus, nunquam prius in lucem editus.

IVNIO PAVLO CRASSO INTERPRETE.

Cur medicamenta purgantia non temere exhibenda. Cap.I.



Edicamentorum Purgantiũ opera non q̃lia cenſentur exiſtũt. ab eodẽ eniꝫ medicamẽto aliq modo purgãtur, mõ nõ purgantur. interdum ⁊ alia: q̃ꝫ quæ ꝯſueuerit: educit. interdũ ĩmodicè purgat, nõnũq̃ꝫ ⁊ q̃ opꝫ p̃ſtat. Quare nõ p̃t qſpiã hiſce fret⁹ medica. ea temere ꝓpinare: ſiqdẽ ⁊ cibi nos alẽtes, medicamẽta exiſtimãdi ſunt: minus tñ q̃ꝫ antedicta. hoĩes nãqꝫ hiſce rectè ueſcẽtes, ſcꝺa ualetudine fruũtur: minus rectè, laborãt: intpanter, ceu ſinceris à medica. euacuantur. Igitur iã pꝫ, ⁊ cibos ipſos eẽ purgãtia medica. minus tñ, ſegniuſqꝫ, q̃ꝫ ſyncera medic. cæterũ his ſegniores, nobiſqꝫ familiares, ⁊ quotidie in corpus intrãtes, temere ac negligẽter exhibiti, hoĩes ꝑturbant, in morboſq; p̃cipitãt: atq; ut ſemel dicã, q inconſiderate cibos dederit, nihil commodi, nihil opis eſt allaturus.

Quæ quibus medicamenta danda. Cap.II.

IGitur ab initio bilioſis, medicamẽtũ bilis purgatoriũ eſt ꝓpinandũ. pituitoſis qꝺ pituitã: hydropĩcis, qꝺ aquã: melancholicis, qꝺ atrã bilẽ educat. at ſi alia ab iis purgas q̃ purgare cõuenit, nõ purgas: q̃ ãt non cõuenit, euacuabis. quare utrunqꝫ peccaueris.

Quæ præmittendæ interrogationes. Cap.III.

ITaqꝫ aliquẽ aut ſuprà, aut infrà purgaturus, eum prius interrogato, nũ aliàs medi. purgatoriũ acceperit?

perit? nũ aluus subducentibus medic. facile soluatur velociterq́; obediat: aut ꝯtra, adstricta sit, ęgreq; sol uatur? Qđ si facilẽ esse aluũ, lubricamq́; rñderit, mol lioribus minoribusq́; medic. indigebit: sin aluus sic ca ꝑclusaq; sit, ualẽtiora medic. postulat. Idẽ ꝓceptũ ꝛ in uomitoriis medic. obseruandũ est. uerũ si neuti quã uomitoria subducentiaue medicamẽta sumpsis se se affirmauerit, tũ demũ scire opꝫ, qũo sanitatis tpe se habuerit: nuꝫ subducentibus facilis aluus patue rit, nnꝫ uomitoriis stomachus libenter morẽ gesserit num a crapula quapiaꝫ in alui ꝓfluuiũ inciderit. oĩa hęc sciscitari debes, ut recte ipsi possis ꝯsulere. Fœda est enim calamitas, eũ cui purgatoriam medicinam dederis, interficere.

Quibus morbis, quoue tempore exhibendæ medicinæ purgatoriæ. Cap. IIII.

QVicunqꝫ sane ualidis febribus corripiuntur, his usqꝫ ad febris remissionẽ purgatoria med. ne dato. sin id nolis, saltẽ ne citra quartũdecimũ diẽ: calidæ enim carnes ipsorũ, ꝛ uentres, medic. retrahũt, nihilqꝫ purgatur. Tunc plane febris magis exardet, color ꝑmutatur auriginosiqꝫ fiunt. agitata nanqꝫ bile, ꝛ nõ detracta, neqꝫ sorbere ꝑt, neqꝫ bibẽ: sꝫ auersatur oĩa, ꝛ plerunqꝫ moritur. Cęterũ si med. uincit, ante meridiẽ nulla fit purgatio, a meridie fit immoderata deiectio atqꝫ cõmoritur. qđ si dieꝫ hũc superstes sit, simulqꝫ cũ purgatione febris tollatur, ꝯualescit. Quãobrẽ purgatoria medi. in magnis feb. ne ore sumantur, præcipimus. at si ipsis opus fuerit, *Clysteres* ꝑ clysteria iniicere, quoties uolueris, expediet: id enĩ tutius erit. Hac itidẽ rõne, ęstiuo tpe post canis ortũ quinq̃ginta dierũ spacio medicinã purgantẽ ne ꝓ pĩ nato, sed clysteriis utitor. idem nanqꝫ discrimẽ est.

Defensio medicinæ contra calumuiatores. Cap. V.

DIcent aũt aliqui, qui medicinã calumniantes ar tem esse negãt, pridẽ multos nõ iplo rata medici

opo

ope ex morbis euasisse. Atq ego istorum orationi fidem habeo. simul tñ fieri posse arbitror, ut qspiã nõ utens medico, ex medicia fructũ pcipiat: haud ita tñ, ut qd in ipsa rectũ, qd nõ rectũ sit, agnoscat. nã forte q̃dam i ta seipsos curare pñt, ac si accitis medicis curati essent. Id uero pclarũ indiciũ est, medicinã nõ solũ artem, uerumẽt eximiam esse artẽ: qñquidẽ & ipsam fun ditus tollentes, p ipsam illã seruari uideantur. Illud. n. nouisse summa est necessitas, eos qui ex languoribus ad sanitatẽ restituti sunt, aliqd facientes aut nõ faciẽtes ꝯualuisse. aut enim ieiunio, aut ciborũ copia, aut largiore potu, aut siti, aut balneis, aut ab eis abstinẽtia, aut exercitationibꝰ, aut ocio, aut sõno, aut uigilia, aut oĩbus his ꝯfuse utẽtes, incolumes euasere. At qui & ex auxilii pceptione infuisse auxiliãs, eos cognoscere necesse est: ꝓ ex noxa accepta, rẽ nocentem affuisse. nã q̃ iuuãdi, q̃ ledẽdi ingenio pdita sint, nõ cuiusq3 est dinoscere. Itaq3 si qd in rõne uictus, p q̃ sanatus fuerit ęger, laudare aut uitio dare cognouerit, oĩa hęc medicinę esse cõperiet. Et mehercule offẽsiones nõ deterius, q̃ adiumenta, artẽ hãc esse testantur. iuuantia siquidẽ, recte administrata iuuerunt: nocentia iperite adhibita nocuerũt. at ubi rectũ, nõ rectumq̃, utrunq3 modũ hñt qũo id ars esse negãdũ est? Illud nãq3 ego arte carere existimo, in quo nihil rectũ est, neq3 nõ rectũ: ubi aũt utrunq3 inest, qũo id nõ artis opus, s3 artis imperitię putandũ est? Medicina eximia ars

Hippocratis de Medicamentis Purgatoriis.


FINIS.

REGISTRVM

✱ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S

Omnes sunt quaterni.

Venetiis per Bernardinũ de Bindonis. M. D. XLI.



Publice quotidie in platea a Tri.
Adi 23. in giobia a prim. io P. C. et
B. L. lib. S. sil. m Gio. M. etc.
Adi 24. in foco il simile. ut s.

1587 adi 15 marzo in Dominica

fil di lino dato al m. da Garlasco tib. 16. on. 6

per tingere in foriggine per ordire bb. br.

d'opera da fare un paramento da letti, et h.

hauuto a bon conto sopra la fattura un ducat.

la qual fattura monta d'acordo sol. 4. e m.

per brazzo. senza la tintura tib 16. on.

Item dati al sopra scritto stoppa tib. 5. on. 8

Item dato al sopra scritto stoppa bian. tib. 2. on 4

Item dato stoppa celestra tib 8.

Item dati stoppa bianca tib 4.

Item dato lino celestra tib 3.

Item mandato stoppa per far tinger tib 5.

Nota come il 28 di maggio ho dati al sopra scritto

[illegible] ducatone a bon conto ut3.

m.ro M. A. Tevozzo. troppa ... Lire

~~A m.a Brigida on. 19~~

~~A Francescina on. 6.~~

A m.a Brunetta on. 6.

Dinari dati a m.a G. M. f.

un ducatone

vinti doi soldi e cinquanta ... pagare la ...

quattro soldi ...

doi reali di ...

doi reali ...

dodeci ...

5 · 13